This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

888
S50
W83

A 893,495

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

888
S3-0
W83



Sermo Sophocleus

quatenus cum scriptoribus Jonicis congruat differat ab Atticis.

61726

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores
ab amplissimo philosophorum ordine Gissensi
rite impetrandos

scripsit

Henricus Wittekind
Budingensis.

Budingae.
Typis A. Helleri.
MDCCCLXXXXV.

Parentibus optimis.

Inter sermonem tragicorum poetarum et meram Atthidem eiusdem aetatis haud parvum intercedere discrimen notissimum est. Ac poetas quidem omnium gentium temporumque omnium alia atque ea sublimiore ratione dicendi uti ac pedestris orationis scriptores memoratu nimirum dignum non est nec de his ego rebus loquor. Sed tragicorum Graecorum dictio et formis et delectu verborum adeo differt a prosa oratione, ut etiam leviter legentis mirationem moveat. Magna enim similitudo esse videtur inter hunc sermonem et Jonicum, qualis in Herodoti et Hippocratis libris patet. Quae res quomodo facta sit, recte perspiciemus, si originem tragoediae Graecae sermonis accurate cognoverimus. Graecorum enim erat poetarum consuetudo, ut, quem sermonem auctor generis cuiusdam carminum adhibuerat, eundem omnes sequerentur poetae, qui quidem illi carminum generi operam darent. Ut epici ni fallor omnes poetae Graeci verborum formarumque varietatem Homericis e carminibus sumpserunt; ut, qui canticum a caterva pronuntiandum componerent, flosculos haud paucos carpebant e dialecto Dorica[1]. Simili modo factum est, ut sermoni fabularum Graecarum similitudo quaedam sit cum sermone Jonico. Nam et tetrameter trochaicus et senarius iambicus, quibus versibus utebantur poetae tragici, primo a poetis Jonicis adhibebantur[2]. Mirum igitur non est una cum versibus illis haud pauca eius sermonis, quo primo excuti erant, irrepsisse in tragicorum poetarum genus dicendi. Contendit quidem Rutherfordius tragicorum dicendi rationem respondere sermoni Attico eius aetatis, qua tragoedia orta sit. „The basis of the language of Tragedy is the Attic of the time, when Tragedy sprang into life.“[3]. Sed causa non est, cur credamus sermonem tragicum accurate congruere cum ullo sermone communi, cum constet eum non minus

1) cf. de his rebus Wilamowitzii phil. Unt. VII p. [illegible] sqq.

2) cf. Bernhardy, Gr. d. gr. Litt. ed. V ed. Volkmann. [illegible] I p. [illegible] Gesch. d. gr. Litt. p. 116.

3) cf. Rutherford, the new Phrynichus London [illegible] p. [illegible]

Inter sermonem tragicorum poetarum et meram Atthidem eiusdem aetatis haud parvum intercedere discrimen notissimum est. Ac poetas quidem omnium gentium temporumque omnium alia atque ea sublimiore ratione dicendi uti ac pedestris orationis scriptores memoratu nimirum dignum non est nec de his ego rebus loquor. Sed tragicorum Graecorum dictio et formis et delectu verborum adeo differt a prosa oratione, ut etiam leviter legentis mirationem moveat. Magna enim similitudo esse videtur inter hunc sermonem et Jonicum, qualis in Herodoti et Hippocratis libris patet. Quae res quomodo facta sit, recte perspiciemus, si originem tragoediae Graecae sermonis accurate cognoverimus. Graecorum enim erat poetarum consuetudo, ut, quem sermonem auctor generis cuiusdam carminum adhibuerat, eundem omnes sequerentur poetae, qui quidem illi carminum generi operam darent. Ut epici ni fallor omnes poetae Graeci verborum formarumque varietatem Homericis e carminibus sumpserunt; ut, qui canticum a caterva pronuntiandum componerent, flosculos haud paucos carpebant e dialecto Dorica[1]. Simili modo factum est, ut sermoni fabularum Graecarum similitudo quaedam sit cum sermone Jonico. Nam et tetrameter trochaicus et senarius iambicus, quibus versibus utebantur poetae tragici, primo a poetis Jonicis adhibebantur[2]. Mirum igitur non est una cum versibus illis haud pauca eius sermonis, quo primo exculti erant, irrepsisse in tragicorum poetarum genus dicendi. Contendit quidem Rutherfordius tragicorum dicendi rationem respondere sermoni Attico eius aetatis, qua tragoedia orta sit. „The basis of the language of Tragedy is the Attic of the time, when Tragedy sprang into life.“[3]. Sed causa non est, cur credamus sermonem tragicum accurate congruere cum ullo sermone communi, cum constet eum non minus

[1]) cf. de his rebus Wilamowitzii phil. Unt. VII p. 300. sqq.

[2]) cf Bernhardy, Gr. d. gr. Litt. ed. V. ed. Volkmann. 1892. I p. 381. Christ, Gesch. d. gr. Litt. p. 116.

[3]) cf. Rutherford, the new Phrynichus, London 1881. p. 3.

quam epicum sermonem non natura ortum, sed arte confectum esse[1]). Optime enim Ar. ran. 1058 sq. Aeschylum facit loquentem:

— ἀνάγκη
μεγαλῶν γνωμῶν καὶ διανοιῶν ἴσα καὶ τὰ ῥήματα τίκτειν.

Jonicae autem dialecto haud parvam fuisse vim poeticam infra videbimus.

Negari quidem nequit sermonem Atticum vetustiorem Jonico fuisse similiorem, quam ceteros sermones Graecos, cuius rei testes habemus antiquos grammaticos, ut Strabonem et Dionysium Halicarnasseum, quorum ille VIII 1, 2. p. 333. haec monet: τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμεν. καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ Ἰάδι, hic de Thuc. c. 23. dicit: τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα.[2]) Sed qualis aut quanta ista similitudo fuerit, nemo credo mortalium facile explanabit neque illi grammatici accuratiorem notitiam difficillimarum illarum rerum habuerunt, quam huius aetatis viri docti. Ac nisi audacius iudicare voles, facile concedes, quomodo alter cum altero sermone cohaereat adhuc sub iudice litem esse nec pro paucitate et tenuitate titulorum utriusque dialecti prioris aetatis umquam hanc quaestionem certis argumentis dissolutum iri exspectari posse. Cavendum vero est, ne differentias nonnullas neglegamus gravissimas, quae intercedunt inter illos sermones, quarum in numero moneam σσ illud, quod ne in antiquissimis quidem titulis Atticis invenitur et usum Atticum litterarum α et η[3]). Qua in re iam saec. VII. et VI. ad tantam processerunt Attici constantiam meri sermonis adhibendi, ut vel in Jonicis versibus, quibus uterentur, suam persequerentur rationem dicendi.[4]) Ut vero videmus, et σσ illud et η in tragoediis inveniuntur Jonico more adhibita, quas quidem res ex Attico sermone vetustiore sumptas esse ne Rutherfordius quidem credo contendet. Ac si omnino Jade abstinuisse tragicos Atticos prorsus negandum est, quidni alia, quae congruant cum dialecto Jonica, ex Jade ipsa illos sumpsisse putari licet? Permagna est differentia inter verborum copiam Attici sermonis et tragici. Num forte veri simile est credere Atticos uno saeculo adeo mutavisse

[1]) cf. Kuehner, ausf. Gr. d gr. Spr. III. Aufl. v. Blass, 2 Bde., Hannover 1890 I 31 sq.

[2]) Alios testes invenies apud Cauerum, de dialecto Attica vetustiore, Stud. zur lat. u. griech. Gramm. v. Curtius, VIII p. 429

[3]) cf. Meisterhans, Gr. d. att. Inschr. Berlin 1888. p. 77, § 36. et Blass-Kuehner I. p 21.

[4]) cf. Meisterh. p. 13. Nr. 13 Alias differentias affert Cauerus, l. l. p. 437. sqq.

sermonem suum, ut sescenta verba abicerent, nova quaererent? Quam difficultatem Rutherfordius quoque videtur vidisse[1]) atque ad spinosiora argumenta confugit. Dicit enim ex liberae rei publicae legibus moribusque mutationem illam emanasse; quasi fieri ullo modo possit, ut universi populi sermo talibus rebus funditus commutetur! Oratoriam artem ex liberis legibus ut e sanis radicibus exspectatione celerius crescere posse et florere et per se potest cogitari et Athenis vidimus. Quo modo autem e liberis institutis reipublicae formae et delectus verborum mirabili quodam modo mutentur, equidem minime intellego. Dicat forsitan quispiam sermonem communem saeculi quinti valde abhoruisse a genere dicendi scriptorum. Sed haec suspicio, quae nullis fundamentis fulciri potest, iure a Cauero reicitur.[2]) Nihili deinde putandum est, quod Thucydides propius abest a genere dicendi Jonico, quam ceteri scriptores Attici. Nam quamquam, qua aetate hic libros suos confecit, sermo Atticus satis iam fuit excultus, — id quod e libro, qui inscribitur Ἀθηναίων πολιτεία, cognoscimus — tamen vetustioris Atthidis scriptores verba nonnulla formasque singulas consulto decerpserunt ex Jade; quae dialectus iam inde ab antiquissimis temporibus scriptorum poetarumque arte et diligentia ad summam urbanitatem et elegantiam producta esset. Vix denique operae pretium est in praetereundo Xenophontis mentionem inicere, qui, cum permagnam vitae partem apud alias gentes peregrinatus esset, pigmentis, ut ita dicam, undique collectis dictionem suam varium in modum exornaverit. Jd quod aliqua ex parte in Thucydidem quoque cadit. Puri igitur sermonis Attici auctores soli nobis manent oratores, quippe qui studio et consilio meram Atticam dialectum exercuerint, atque Plato. Aliqua tamen vel in hoc scriptore adhibendo diligentiä opus esse videtur, cum haud raro ad poeticam rationem dicendi adscendat.[3]) Nec minore quam hi prosae orationis scriptores auctoritate est Aristophanes, nisi quod consulto sublimitatem et gravitatem tragicae Camenae imitatur et illudit, id quod in canticis haud raro facere solet. — Sed revertamur ad Rutherfordium nostrum. Quomodo ille explicabit, quod apud Aeschylum minor copia vestigiorum vetustioris sermonis Attici — vel Jadis, ut nobis placet — invenitur, quam apud Sophoclem? Nonne Aeschyli aetas propius aberat a temporibus illis, quibus Attici vetustiore

[1]) Dicit enim p. 2. „There is little in the Attic of Aristophanes and the Orators which would indicate that it is only a development of Jonic, and a genuine descendant of the Greek which Homer wrote."

[2]) cf. Cauer l. l. p. 435. Deinde Bernhardy, I p. 21. „während des antiken Zeitraums trat die Sprache des Lebens mit der Schrift in keinen Gegensatz."

[3]) cf. Krueger, gr. Sprachl. II § 48 adn. 2.

sermone utebantur, quam aetas Sophoclea? Pauca ad ea afferam, quae supra disserui. Sermone Jonico praeclara illa priorum temporum carmina confecta erant. Qua re factum esse non mirum est, ut dialectus Jonica speciem quandam poeticam prae se tulerit. Sumpserunt igitur crebro poetae ex illo sermone et formas et verba, quibus opera sua exornarent et illustrarent. Atque Sophoclem, qui qua erat natura et indole certo suavitatem et dulcedinem Jonicam admirabatur et venerabatur, adiumentis illis artis abstinuisse credamus? Ex Homerico usu haud pauca hunc poetam in sua carmina transtulisse iam a multis hominibus doctis explanatum est.[1]) Qui vero poeta Homerum non repudiaverit, cur eum credamus alia ornamenta et adiumenta poetica prorsus aspernatum esse? Ad ea, quae supra monui, accedit, quod consuetudine quadam et amicitia Sophocles videtur cum Herodoto coniunctus fuisse.[2]) Quamquam longe absum, ut credam eam rem nostra in quaestione diiudicanda magnum pondus habere. Sed, ut notissimum illud memoratu dignum est habere Sophoclem non paucas res et sententias cum Herodoto congruentes, ita non minus memorabile puto, quod non desunt apud Sophoclem vocabula nonnulla externa, quae, quamvis Jonica ipsa non sint, tamen, cum apud Herodotum quoque occurrant, hoc e scriptore sumpta esse fortasse opinari liceat. Enumerentur igitur, quae mihi huiusmodi videbantur notabilia, cum eluceat ex iis, quantopere Sophocles alienas tales res adamaverit. Ut ἀκινάκης vocem Persicam, quae apud Her. saepius legitur, admisit fr. 899.[3]) Deinde βαρίβας[4]) habet pro ναύτης fr. 453. Ducitur hoc verbum a voce Aegyptia βᾶρις, quae apud Her. est II 41. 96. 179. Aesch. quoque hoc verbo usus est, ut Suppl. 836. 874. 882., ubi de Aegyptiis agitur. Simili modo Eur. Jph. Aul. 297 de barbaris adhibet. — ὀροσάγγαι, qua voce Persica utitur Her. VIII 85, legitur Soph. fr. 195 et 561. — σινδών, quod est aut Jndicum vocabulum aut Aegyptium, exstat apud Her. I 200 II 86. 95 VII 181, apud Soph. Ant. 1222. Saepe deinde apud Hipp. est, ut p. 914 et apud scriptores posteriores.

---

[1]) cf. v. c. Eichler, de formarum quas dicunt epicarum in tragoediis Aesch. atque Soph. usu. Diss. inaug. Francof. ad Viadum. — Lechner, de Soph. poeta Ὁμηρικωτάτῳ, Jahresber. d. kgl Studienanstalt, Erlangen 1859.

[2]) cf. Classen, Verh. d. Phil.-Vers. zu Kiel 1869, Leipzig 1870. Nieberding, Soph. und Herod, Jahresbericht d. städt. Gymnasiums zu Neustadt, 1875.

[3]) locos Soph laudabo ex ed. Dind.-Mekleri, Lips. 1887; fragmenta secundum Dind. Oxonii 1860. (vol. VIII). Aesch. ex ed. Dind. Lips. 1880. Eur. ex ed. Nauckii, Lips. 1887. Ar. ex ed. Bergkii, Lips. 1884. Her. ex ed. Steinii, Berol. 1856—60. Hipp. usus sum editione Kuehnii, Lips. 1825—27.

[4]) *cf. de hac voce* Phryn. ed. Lob. p. 609. sq.

Ut vero eo revertatur, unde digressa est, oratio: non dubitavit Sophocles in canticis Dorici sermonis haud pauca admittere. Cur igitur eundem poetam negemus in iambico dialogo adhibuisse verba formasque eius sermonis, quo iambicum carmen primo excultum erat? Haec omnia si consideraveris, non dubitabis, quin habeamus in sermone tragicorum Atticorum non Atthidis vetustioris vestigia, sed ipsius Jadis. Quae vestigia, ut apud omnes tragicos poetas exstant, ita plurima apud Sophoclem. Est hic, ut ita dicam, Jonicissimus poetarum.

Quod quam recte dictum sit, infra videbimus. Sunt quidem haud pauca a Rutherfordio collecta, sed multae et formae Jonicae at voces adiungentur. Nec nos cantica omittemus, quae vir ille doctus consulto non respexit.[1]) Materiem vero ita congessi, ut Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Jsocratis, Hippocratis, Herodoti[2]), Herondae scripta omnia diligenter perlegerem, aliorum, quos laudavi, scriptorum locos ex Henr. Stephani, Passovii, Papii lexicis colligerem. Platonis locos ex Astii lexico sumpsi.

Denique monendum videtur Herodotum nonnullis locis poetica quadam ratione dicendi uti[3]), quam ob rem cum diligentia adhibendus est. Hippocratis vero dictio longe abest a sublimiore genere dicendi. Quae igitur apud medicum nostrum exstant, poeticam speciem prae se non ferunt, sed Jonica putanda sunt. Jonicum autem et poeticum sermonem hic illic arte cohaerere mirum non est, cum dialectus illa a poetis primo culta sit et exercitata.

Jam ad rem ipsam accedamus. Singula hoc ordine proferam.

I. de verborum formis,

II. de verborum delectu,

III. de dictionum constructione disseram.

Auctores, quibus usus sum, suo quemque loco laudabo.

---

[1]) Eis locis, qui in partibus lyricis sunt, addam asteriscum (*).

[2]) Schweighaeuseri enim ad Her. lexicon melius scriptum non esset.

[3]) cf. Stein. ad Her. I 22, 4.

I. De verborum formis.

Initium disserendi capiamus a σσ litteris, quas omnibus locis tragici poetae habent, cum Atticum sit ττ.[1]) Hoc enim solum in titulis Atticis invenitur atque in vasis etiam Homerica verba ita mutata occurrunt, ut pro σσ Homerico ττ Atticum positum sit.[2]) Unica exceptio est forma τέσ[σ]αρα, quae semel legitur in vase saeculi VII. vel VI. Jonico more σσ scribendi praeter tragicos usi sunt prosae orationis scriptores vetustiores, ut Antiphon et Thucydides, cum Lysias, Jsocrates, Plato alii merum sermonem Atticum secuti sint.[3])

Similiter de ρσ iudicandum est, quod est ab Attico sermone alienum, nisi quod vocabulis formandis vel mutandis efficitur, velut in φράτορ - σι, ἀναχάθαρ - σις, similibus.[4]) Dores quoque ρρ habent. Attici vero tragici poetae et scriptores vetustiores ρσ scripserunt.[5]) θαῤῥεῖν exempli causa verbum ρρ litteris ab Atticis scriptum esse forma nominis θαῤῥίας apparet, quae est saeculi quinti. Apud Soph. autem θαρσεῖν hisce locis exstat: Ant. 559. 668. *935. O. R. 1062. O. C. 305. 491. 649. 664. 726. 1185. Ph. *146. 667. 774. 810. 894. 1267. El. * 173. 314. 322. 1435. Ai. 68. 793. 1258. fr. 63. 514. 698. Eodem modo est θάρσος Ph. 597. 807. et θαρσύνω El. 916. ἄρσην pro Attico ἄῤῥην Tr. * 206. 1196. O. R. 1459. O. C. 339. Ph. * 1455. fr. 469. Τυρσηνός fr. * 256. Τυρσηνικός Ai. 17. fr. 527. Fortasse etiam πόρσω huc cadit, quod invenitur O. C. * 178. * 181. El. * 213. Nam huius formae loco Attici usi sunt forma πόῤῥω.[1])

[1]) cf. Blass-Kuehner I p. 21.
[2]) cf. Meisterhans p. 77, § 36.
[3]) cf Blass-Kuehner I p 153
[4]) cf. Meisterhans p. 76, § 35
[5]) cf. Blass-Kuehner I p 147.
[6]) cf. Blass-Kuehner II 305 e.

Jam ad aliud transeamus. Magna est copia formarum apud Soph. non contractarum. In sermone Jonico vocales nonnullas litteras in unum sonum non confluxisse e titulis cognovimus. Codicum enim auctoritas hac in re nullius momenti est, ut libri manu scripti Herodoti εε litteras omnibus locis solutas exhibent, cum in titulis in ει contractae sint. εα autem et εο (εοι) et εω etiam in titulis dissolutae exstant.[1]) Ac quae apud nostrum inveniuntur exempla, fere omnia huiusmodi sunt. Tribus enim tantum locis contra rationem Jonicam non contrahuntur: εε in voce ῥεέθρων O. C. * 687. Ant. * 105. et οο in εὔροον Ph. 491. Quas formas e sermone Homerico in tragoediam translatas esse plane patet. Plurimarum autem vocalium non contractarum usus cum usu Jonico accurate congruit. Ac sunt singula haec:

εα[2]) in χαλκέας Ant. 430. βέλεα O. R. *205. *208. πάθεα O. R. *1330. El. *210. μέλεα fr. *228 B.

εο in βέλεος Tr. *884. ἔπεο O. C. *183.[3]) ὑπέσχεο O. C. *227. ὑπεράχθεο El. *177.

εοι bis legitur fr. *479. in verbo χαλκέοισι.

εω in ἀλγέων Ph. *827. ἀχέων El. *159. βελέων Ph. *1151. *1205. Ai. *1213. ἐγχέων O. C. *699. ἑλκέων Ph. *697. ἐξερέω Ai. *424. (ἐξερῶ Pors.), ἐπέων Ant. *1134. ἐρκέων Ai. 1274. ἐτέων Ai. *1185. εὐγενέων fr. *583a. νεικέων Ai. *717. ὀρέων Ant. *1131. O. R. *1105. ὀστέων Tr. 769. πελαγέων Ai. *703. τειχέων fr. *451. χαλκέῳ Tr. 556. fr. 731.

Metri necessitate coactum Sophoclem his formis non raro usum esse consentaneum est. Maior igitur earum pars in canticis exstat; nec vero dialogi desunt loci, quibus talia legantur.

Jonica deinde est forma ἀ δ ε λ φ ε ό ς,[4]) quam in lyricis quidem partibus admiserunt tragici, cuius usus haec inveni exempla: Soph. O. R.*160. O. C.*535. Aesch. Sept.*974. Apud Hom. Pind. Her. usitatam eam fuisse notum est. — ἀ ξ ω quoque verbum hoc loco liceat afferre, quo utebantur Jones pro αὐξάνω. Semel legitur apud Soph. Ai.*226. Aesch. quoque hanc vocem usurpavit Suppl.*856.

---

[1]) cf. Blass-Kuehner I p 210. sq Phrynichi quoque hic afferri potest testimonium, qui de hac re (ed. Lob p. 107) haec monet: χρύσεα, ἀργύρεα, χάλκεα, κυάνεα, ταῦτα Ἰακὰ διαιρούμενα. χρῆ οὖν λέγειν χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, κυανᾶ τὸν ἀττικίζοντα, τὸ γὰρ χρύσεος Ἰακόν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀργυροῦς, ἀλλὰ μὴ ἀργύρεος, καὶ χρυσοῦς καὶ χαλκοῦς καὶ κυανοῦς καὶ τὰ ὅμοια.

[2]) de εα cf. Merzdorf. de dial. Her., Curt. stud. VIII p. 136.

[3]) in margine quidem codicis L. haec lectio traditur.

[4]) cf. Bredovii de dial. Her. Lipsiae 1846. p. 153.

Cho.*825. et Eur. Hipp.*537. Cf. ἀεξίφυλλος adiectivum Aesch. Ag. *697. — De forma αἰετός pro ἀετός non opus est loqui nisi in praetereundo. Dicit quidem Henr. Stephanus αἰετός formam non Atticam in communi dialecto passim legi,[1]) sed erravit lexici auctor, cum in omnibus titulis gravioris momenti forma αἰετός occurrat neque ante annum a. Chr. n. 298. ἀετός forma inveniatur.[2]) Apud Soph. vero αἰετός exstat Ant.*113. 1040. fr.*423. 766. [apud Eur. Rhes. *531].[3]) Sed haud operae pretium esse videtur hac in quaestione diutius morari, cum veri simillimum sit scribendo inter se diversas fuisse αἰετός et ἀετός formas, dicendo non fuisse. Non enim aliter hic res se habet, atque in formis κλαίω et κλάω, αἰεί ef ἀεί.[4])

Ante liquidas litteras et σ in sermone Jonica et vetustiore et recentiore — littera omissa — ο litteram in ου et ε in ει productas esse non minus notum est quam ου illud et ει non idem valuisse atque ου et ει diphthongos litteras, sed productae tantum syllabae vim habuisse[5]) Ut κούρη forma Jonica orta est e forma κόρϜα, quae exstat in vase Thessalico.[6]) Atque apud tragicos quoque poetas talia occurrunt. Sed cum constet Atticos prioris et mediae aetatis ipsos quoque syllabas illo modo productas simplicibus litteris ο et ε explicavisse,[6]) opus erit demonstrare, earum vocum, de quibus acturi sumus, vocales in communi sermone re vera breves fuisse. Existunt autem in dialecto Attica propterea huiusmodi syllabae breves, quia *F* hoc in sermone diutius servata est, quam in Jade. Quo igitur tempore Attici desierunt *F* pronuntiare, iam linguae vis adeo languit, ut pro littera elisa productio non fieret, cum Jas eo tempore, quo *F* amisit, magis vigeret. Ac singula quidem haec apud Sophoclem inveniuntur:

μοῦνος, quae vox e forma* μόνϜος orta est,[7]) Ant. 308. 508. 705.*941. Tr. 277.*958. 1209. O. R. 304. 1418. O. C. 875. 991. 1250. Ph.*183. El.*119.*153. 531. Ai. 1276. fr. 426. ο vocalem in voce μόος brevem fuisse e Sophocle ipso efficitur. Prior enim syllaba huius vocabuli et in secundo et in quarto et in sexto senarii pede exstat, quibus locis spondeo pede uti poetis non licuit.[8]) Cuius

---

[1]) cetera grammaticorum testimonia invenies apud Gerthium, Curt. stud. I 2 p. 204.

[2]) cf Meisterhans p 25.

[3]) Rhesi, etiamsi Eur non est, tamen locos arcessam, quia dictio huius tragoediae bene congruit cum Sophoclea.

[4]) cf. G. Meyer, gr. Gr. 64. 155.

[5]) cf. Blass-Kuehner I 140. G Meyer 68. 75.

[6]) cf. G. Meyer 75. p. 91.

[7]) *cf. Meisterhans p. 16, 12, 20, 19.*

[8]) *cf Rossbach-Westphal, gr.* Metr. Lpzg. 1856 III p. 187 sq.

usus cf. exempla Ant. 58. 566. O. C. 261. 265. El. 810. — Ant. 777. O. R. 1358. El. 1019. — Ph. 954. O. C. 1527. Tr. 300 Ai. 796. O. R. 68. El. 1319. Ant. 656. alia permulta.

οὔρειος Ant.*351. Eur. Jph. Taur.*162.*1126. Atticae vero formae ὄρειος fuit o littera brevis. Nam Tr. 788. 1166. Ph. 937. O. R. 1028. prima syllaba huius verbi in arsi[1]) pedis secundi est. Eodem modo, quo οὔρειος vox, formata est οὐρεσιβώτης, quae invenitur Ph.*1148.

πρόσουρος Ph.*691., ubi non dubitandum est, quin habeat notionem 'vicinus', id quod Schneidewino placet. οὖρος enim formam Jonicam pro Attica ὅρος a forma ὄρ*F*ος duci constat[2]). Apud Her. πρόςουρος exstat II 12. 18. III 97. 102. IV49.

κοῦρος fr. 230. Eur. El.*463. Suppl.*274.

κούρα[3]) O. C.*180. Eur. Hec.*462. Hipp.*141.

Formae principales horum vocabulorum erant*κόρFος et κόρ*Fα*[4]), e quibus *F* littera omissa κοῦρος et κούρη formae Jonicae ortae sunt. Apud Atticos vero o vocalem brevem fuisse ex ipsius Soph. versibus cognoscimus. Quorum exemplorum e numero haec sufficiat attulisse: Ph. 562. κόρος est pes sextus senarii, Ant. 769. κόρη pes secundus, O. C. 902. 1009. 1097. pes quartus.[5])

γούνατα invenitur O. C. 1607. Eur. Alc. 947. γουνάτων Eur. Hec. 752. Suppl.*285. saepius.

δούρατι Ph.*721. δουριάλωτος Ai.*211. δουρίληπτος Ai. 894. Quorum vocabulorum vocales productas esse *F* littera omissa pro certo haberi potest.[6]) Apud Atticos autem o brevem fuisse intellegitur versu Ph. 485., ubi γόναςι tribrachys est in pede quarto senarii.

Eiusdem modi esse videtur οὖλιος adiectivum, quod semel apud Soph. legitur, Ai.*933. οὐλίῳ σὺν πάθει. Stirps enim huius vocis est ὀλν—, cf. ὄλλυμι < *ὄλνυμι.[7])

ει pro Attica littera ε[8]) exstat apud Soph. in voce ξεῖνος, cuius formae vocativo casu usus est hisce locis: O. C. 33. 49.*510

[1]) arsim voco eam pedis syllabam, in qua ictus non est.

[2]) cf. G. Meyer 75 p 91.

[3]) cf. Phryn. ed. Lob. p 235 et adn. Lobeckii.

[4]) cf. G. Meyer 75 p. 90.

[5]) in titulis quoque forma κόρη saepe occurrit, cf. Meisterh. p. 21,22. Sed hoc firmum non esse argumentum supra vidimus.

[6]) cf. G. Meyer 75.

[7]) cf. G. Meyer 75. p. 92. Buttmann. lexil. I p. 188.

[8]) cf. de his formis Blass-Kuehner. I 139, de vocibus ξέν*F*ος et ξέννος G. Meyer 68.

*530. 856. 1096. 1119. El. 675. 1119; nominativo: O. C.*184. 1014. fr. 153. Apud Aesch. semel ξεῖνος legitur, Sept.*942., saepius apud Eur., ut Alc.*598. Hec.*82. Heracl.*355. Jph. Aul.*606. Jph. Taur.*218. 798. aliis locis. cf. ξειναπάτης Eur. Med.*1392. In voce ξένος prior syllaba brevis fuit in sermone Attico; est enim in arsi pedis secundi senarii O. C. 822. 1206., quarti pedis O. C. 1335., sexti El. 15. 801. O. C. 261.

Forma Jonica ε ἰ ρ ύ ω pro ἐρύω semel apud nostrum exstat, Tr.*1032. Quam e forma*ἐ*Fρύω* ortam esse verisimile est.[1])

Aliud Jadis vestigium secutus est Sophocles, cum consonantibus aspirationem detraheret. Ut Ant. 251. forma usus est ἐπημαξευομένη. Qua de re Eustathius audiendus est, qui ad Hom. Il. XVIII 485. haec monet: τὸ δὲ ἅμαξι οἱ μὲν παλαιοὶ ψιλοῦσι . . . . οἱ μέντοι νεώτεροι Ἀττικοὶ ἐδάσυναν καὶ διὰ δασείας συνήλειψαν. Num Attici vetustiores auctores re vera aspirationem voci ἅμαξα detraxerint, accurate cognosci vix potest, cum tituli vetustiores mirabili huius rei inconstantia scripti sint[2]) Ex Jade vero talia irrepsisse in Atthidem veri simile est.[3]) Accedunt exempla haec: ἀντήλιος forma Jonica legitur Aesch. Ag. 519. Soph. Ai. 805. (ubi vide Lobeckii adn.), Eur. Jon. 1550. Deinde ἀπηλιώτης Eur. Cycl. 19., ἔπηλις pro ἔφηλις Soph. fr. 877. Considerandum vero est certissimum hac in quaestione iudicium fieri non posse, cum ἀντήλιος apud Atticos quoque scriptores hic illic legatur.[4])

Notissimum est α longam in Doricis sermonibus ubique servatam, in Attico nisi post litteras ε, ι, ρ non servatam, in Jonico sermone ubique in η mutatam esse.[5]) Quod discrimen Attici Jonicique sermonis parvi aestimandum non esse supra monui. Nam in omnibus titulis haec lex servata est accuratissime. Sed, ut in multis rebus, ita hic tragoediam Atticam invenimus circa fines meri Attici sermonis egredientem. Non enim desunt vocabula, in quibus fabularum Atticarum poetae Jonico more η admiserint. Praecipue omnium, quae a stirpe ΘΡΗΚ natae sunt, vocum formae Jonicae omnibus locis adhibentur, cuius rationis apud Soph. haec exstant exempla: Θρῃξί fr. 523. Θρήκιος O. R.*196. Ex Euripideis huc pertinentibus locis hosce exscripsi: Θρῃκός Hec. 873. Θρήκη Hec.

[1]) cf. G. Meyer 478. adn.

[2]) cf. Meisterhans p. 65.

[3]) cf. Krueger I § 10,8. adn. 4., Blass-Kuehner I § 112. adn.

[4]) Apud Ar. quoque semel exstat ἀπηλιαστής, av. 110. Ubi aut de forma ἠλιαστής cogitandum est cum Bentleio, aut corrigendum.

[5]) cf. Blass-Kuehner I 125.

856. 963. Jnvenitur vero apud hunc multo maior copia illarum formarum. Deinde apud Sophoclem legitur οἰήτης fr. 138, cuius vocis Attica forma est οἰάτης. Mirum est, quod Ar. eq. 762. omnes fere codices formam Ἀθηναίη exhibent. Jn Atthidis vetustioris titulis fere unica forma Ἀθηναία occurrit.[1]) Ἀθηναίη vero est Jonica forma[2]).

Ai.*635. pro κρείσσων in cod. L κρέσσσων legitur,[3]) quam formam Jonicam comprobat Schneidewinus. Sed, num optimo illi codici etiam in tam spinosis rebus tanta auctoritas tribuenda sit, iure fortasse potest dubitari, praesertim cum semel tantum illa forma occurrat. Quamquam vix negaverim fieri potuisse, ut Soph. κρέσσων scriberet illo loco. In dubio igitur haec quaestio non minus relinquenda videtur, quam altera de forma ἱρός. Quae optime firmatur O. C. 16.

χῶρος δ' ὅδ' ἱρός.

Fluctuat lectio O. C. 54. 469. Ai. 859. Atque est quidem ἱρός forma Jonica, nam in titulis non raro legitur.[4]) Quamquam concedendum est usitatiorem esse formam ἱερός etiam in titulis.[5]) Quae cum ita sint, difficillimum esse videtur accurate diiudicare, admiserit hic illic Sophocles formam ἱρός necne. Hominum quoque doctorum alii aliam protulerunt sententiam. Nam cum Dindorfius, ut tribrachys vitetur, multis Aeschyli et Sophoclis locis ἱρός lectionem restituerit, Eichlerus has traditae scripturae mutationes prorsus reicit.[6]) Ne igitur audacius faciamus iudicium, statuendum nobis erit potuisse quidem fieri, ut Sophocles forma ἱρός uteretur, certi vero nihil in hac quaestione dici posse.

Herod. et Hipp. omnibus locis pro formis πολύς, πολύ habent πολλός, πολλόν,[7]) quibus Herondas quoque usus est, cf. III 19. Atque Sophocles duobus locis formas Jonicas habet, Ant. 86. et Tr. 1196., cum neque apud Aesch neque apud Eur. huiusmodi quidquam occurrat.

---

[1]) cf. Meisterhans p 25,2.

[2]) invenitur in titulo Jonico saec. VI. cf. CJG. 7582. Ermann, de titul. Jon. dial Lipsiae 1872. p. 257.

[3]) cf. de hac forma Krueger II § 3,2 adn. Blass-Kuehner I 138,565. G. Meyer 392.

[4]) cf. e. c Ermann Nr. 22,9

[5]) cf. Renner in Curtii stud. I 1,184.

[6]) cf. Eichler p 22 Gerthii quaestt. de Graecae trag. dial. in Curtii stud. I p. 47. De ἱρός Blass-Kuehner I p. 211.

[7]) cf. Blass-Kuehner I 584 b. Krueger II § 18,6 adn. 6.

ξυνός[1]) pro κοινός usurpavit Soph. O. C.*1752. Ai.*180. Aesch. Sept. 76. Servata est haec forma etiam in titulo Jonico, cf. Erm. p. 260, 25; 44. Eadem ratione Soph. pro κοινωνός habet ξυνών, id quod Phot. testatur p. 312, 23. cf. fr. 916.

Jam accedamus ad formam Jonicam κεῖνος, quae pro ἐκεῖνος persaepe occurrit apud tragicos. Nec vero omnibus locis κεῖνος et ἐκεῖνος accurate idem significant, sed statuendum est plurimis locis scriptores κεῖνος, κεῖθεν similia ita usurpare, ut inserviant demonstrationi.[2]) Quae vis nimirum formis ἐκεῖνος, ἐκεῖθεν similibus et ipsis potest inesse. Sed non omnibus locis, quibus legitur ἐκεῖνος, eadem notione κεῖνος esse posset. Tragicis igitur, quibus δεικτικῶς, ut ita dicam, persaepe opus erat loqui, permultis locis forma κεῖνος optime quadrabat. Quibus de causis frequentissimae Jonicae illae formae apud poetas tragicos erant,[3]) apud nullum vero saepius occurrunt, quam apud Sophoclem. Nam cum apud Aesch. septem tantum locis κεῖνος inveniatur (Sept.*1063. Pers. 230. 792. Suppl. 210. Cho. 146. 740. Eum. 99.), et apud Eur. 94 locis omnino, Sophocles 134 locis breviore illa pronominis forma usus est. Singuli vero hi sunt loci: Eur. Alc. 18. 358. 529. 667. 825.*866. 1056. 1092. Andr. 78. 391. 454. 713. Bacch. 657. 762. Hec.*162. 266. 627. 765. 799. 830. 892. Hel. 120. 126. 912. 1011. 1020. 1082. 1199. 1402. 1651. 1683. El. 237. 303. 557. 929. 1020. 1045. Heracl. 10. 211. 470.*923. 948. 1000. Herc. 1411. 1414. Suppl. 175. 706. 750. Jph. Aul.*130. 715. 1270. 1449. 1456. Jph. Taur. *205.*229. 526. 1008. 1367. Jon. 21. 71. 302. 541. 636. 774. 812. 846. 1008. 1359. 1594. Med.*157. 347. 966. 1302. Or. 69. 483. 510. 586. 593. 742. 790. 877. 926. 1123. [Rhes. 975.] Tro. 641. 656. 867. 950. 963. 1045. Phoen. 98. 535. 583. 716. — Soph. Ant. 71. 168. 468. 489. 525. 748.*960. 1025. 1043. Tr. 31. 38. 40. 85 252. 281. 286. 353. 449. 479. 485. 544. 577. 579. 581. 605. 608. 614. 618. 719. 759. 1091. O. R. 141. 261. 263. 599. 718. 785. 855. 923. 928. 1145. 1168. 1171. 1240. 1253. O. C. 302. 336. 392. 402. 585. 589. 661. 793. 910. 986. 1191. 1197. 1206. 1343. 1373. 1584. 1656.*1760.*1763.*1768. Ph. 37. 115. 123.*193. 261. 338. 359. 360. 365. 376. 385. 415. 423. 424. 431.*511. 570. 583. 622.*720. 772.*850. 1028*1143. El.*201. 342. 344. 427. 573. 577. 664. 665. 681. 698. 720. 791.*862. 908. 925. 979. 1222. 1345.

[1]) cf. Buttmann lexil. II p. 264. Blass-Kuehner I 159.

[2]) cf. W. Schulze, quaestt. epicae p. 395. adn. 2.

[3]) cf. de hac forma apud trag. poet. Gerth. p. 246.

1351. 1355. Ai. 6. 20. 113.*220. 270. 285. 437. 454. 472. 513. 567. 762. 769. 783. 966. 970. 991. 1039.*1195.*1198. 1303. Fr. 678. 690. 711. 719. — Attici vero prosae orationis scriptores formam κεῖνος prorsus respuerunt nec, quibus apud Aristophanem locis exstat, Atticam eam fuisse demonstratur. Nam Pac. 48. est in sermone Jonico, Vesp. 751. Lys. 795. 817. Thesm. 784. in canticis, Thesm. 743. post longam vocalem, ubi ᾽κεῖνος scribi licet, id quod ne apud Isocratem quidem raro invenitur.[1]) Praeterea apud Aristoph. κεῖνος non occurrit. Accedit, quod in titulis Atticis ἐκεῖνος unica forma exstat.[2]) Simili modo atque κεῖνος reperitur κεῖσε apud Aesch. nullo loco, apud Soph. O. C. 589. 1527. Ai. 810. fr. 234a., apud Eur. Bacch. 194. Cycl. 686., apud Ar. bis in canticis, vesp. 1093. et av. 425. Hipp. hac forma utitur e. c. p. 342. bis, 500.[3]) — κεῖθεν apud Aesch. nullo loco, apud Soph. O. R. 758. 1000. Ai.*233., apud Eur. Bacch .669. 966. Herc. 1128. Iph. Taur. 509. Or. 851.*1412.*1413., apud Hipp. e. c. p. 509. — κεῖθι, quod apud Hipp. exstat p. 248. 262. 501. 508. 509. 591. 658. 662. 753., semel apud Ar., vesp. 751. in cantico. — Apud Jones autem κεῖνος formam usitatam fuisse cum e codicibus cognoscimus tum e titulis. Atque ut exemplo utar, apud Ermannum in titulo XIII. quinquies κεῖνος occurrit (lineis 7. 28. 39. 45. 46.), ἐκείνου semel exstat lin. 53. Pluribus igitur locis κεῖνος fuisse videtur, si modo licet aliquid concludere e tam parva exemplorum copia. Vetustioris vero Jadis poetae Homerus et Hesiodus breviorem formam longiore maluerunt[4]), quam rationem elegiaci et iambici poetae Jonici secuti sunt.[5]) Codicibus vero Herodoti et Hippocratis contraria sententia firmari videtur; saepius enim in eis ἐκεῖνος quam κεῖνος legitur. Atque Herodoti quidem in libris manu scriptis quotiens utraque forma inveniatur, diligenter exposuit Bredovius.[6]) Hippocratis autem editionibus, quae quidem adhuc prodierint, talibus in rebus magnam fidem haberi non posse supra monui.[7]) Sed quamquam haud ita magna

[1]) cf. Blass-Kuehner I § 44. adn. 3.

[2]) cf. Meisterhans p. 122,7. Lob. ad. Phryn. p. 7.

[3]) Magnum vero pondus tales Hipp. loci, qui quidem ad formas verborum spectent, minime habent, cum bona huius scriptoris editio etiamnunc desideretur.

[4]) cf. Blass-Kuehner I p. 483.

[5]) cf. Blass-Kuehner I. p. 607,4.

[6]) cf. Bredov. p. 178. sqq

[7]) Kuehnium si sequimur, hisce locis κεῖνος legendum est: p. 9 10. ter, 11. 15 85. 97 104 234 ter, 236. 241. 246. bis, 297. 338. 342. ter, 353 404. 483. 492 499. 501. 512. bis, 508. 509. 514. 590. 595. 600. 601. 640. 680. 772. 824. 861. 1133. 1138. 1277. 1291. 1297.

est copia formae κεῖνος ab Herodoto [Hippocrateque] adhibitae, tamen audacius mihi videtur Bredovius statuere in Herodoti libris κεῖνος vocem esse prorsus exstinguendam.[1]) Ut enim in titulis, ita in scriptorum genere dicendi utramque formam locum habere mihi persuasum est.

Pergamus ad vocem τεός, quam Soph. Ant.*604 adhibuit. Praeterea Hermannus O. C.*534. et El.*1091. formas huius vocis emendando restituendas esse opinatur. Aesch. quoque hoc vocabulo usus est Sept.*105.*107. Pr.*162. Deinde apud Ar. ter legitur in ore poetae, av. 906. 929. 938. Est autem haec vox non solum Lesbia et Dorica, sed etiam Jonica[2]), cum in Attico sermone σός usitata fuerit.

Pro ἁρμόττω, quae forma Attica est et apud Jsocr. unica exstat,[3]) cum Jonibus congruentes tragici poetae usurpaverunt formam ἁρμόζω. Habet eam Soph. Tr. 731. Eur. Cycl. 460. Jidem utebantur forma σφάζω, cum σφάττω Attica esset.[4]) Legitur enim σφάζειν Soph. Ai.*235. 299. Eur. Andr. 260. 412. Bacch. 631. Cycl. 398. Or. 1199. Tro.*134. Phoen. 1255.

Jonica deinde erat forma ἔρξεται,[5]) quae exstat Soph. O. R.*890.

Jdem poeta formam Jonicam ἰθύνω pro εὐθύνω usurpavit. Legitur enim Ph. 1059. ἐπιθύνειν,[6]) et ἰθύνει Eur. Phoen.*178. ἰθύς invenitur in titulo Jonico saec. V.[7]) atque in Herondae mimiambis est τὴν ἰθεῖαν V 53. κατ' ἰθύ VIII 56.

Jonici scriptores pluralem numerum vocis οὐδείς usurpaverunt formas οὐδαμοί, οὐδαμαί, οὐδαμά.[8]) Atque apud Her. adverbialiter saepe legitur οὐδαμά, quam formam pro οὐδαμᾷ omnibus locis recte restituerunt Bekkerus et Schweighaeuserus[9]) Eandem rationem dicendi, quam Attici scriptores vitavisse videntur, Aesch. ac Soph. secuti sunt. Jlle enim Pers. 431. μηδάμ' habet, hic Ant. *830. Tr. 323. 381. O. C.*516. 1104.*1698. adverbii notione οὐδαμά et μηδαμά formas adhibuit. Quo autem unico loco Aristophanis μηδαμά exstat, Thesm. 1162., est in ore Euripidis.

---

[1]) cf. Bredov. p. 120.

[2]) cf. Blass-Kuehner I p 601. G. Meyer 427.

[3]) in titulis quoque ἁρμόττω unica est scriptura, cf. Meisterhans p. 141, 9.

[4]) cf. Krueger I § 40

[5]) cf. Matthiae, ausf gr. Gramm. (1835) § 234. et Blass-Kuehner II 414.

[6]) cf. Krueger II § 47,29. adn. 2

[7]) cf. CJGr. 2953. Erm. p. 262. Nr. 14.

[8]) cf. Blass-Kuehner I 632. adn. 1. 307 δ. Bredov p 278

[9]) cf. Reisig enarrat. in Oed Col. p. LXXXVI Bredov. l. l. Exstat μηδαμά etiam in titulo Halic cf. Erm. XXI. 39.

Vocis deinde χρώς dativus χροΐ Jonice formatus apud Soph. obvius est Tr. 605. Attici enim e stirpe XPΩT casus huius vocabuli efficiebant, nisi quod ἐν χρῳ̃ solebant dicere.[1]) Eur. quoque forma χροΐ usus est Med. 787. 1175. Or. 303. Jn Hipp. codicibus et χροΐ exstat et χρωτί. Her. χροΐ habet IV 175.

Jam formae νένωται mentionem faciamus, quam esse Sophocleam testatur auctor Etym. magni p. 601,20. cf. Soph. fr. 191. Servaverunt in eiusmodi vocibus Attici οη vocales, contraxerunt Jones,[2]) ut apud Her. exstant ἐννώσας I 68., ἐννένωτο I 77., νενωμένου IX 53. alia.[3]) Unum est Aristoph. exemplum βώσατο in cantico pac. 1155.

Loco futuri verbi ἔρχομαι apud Atticos usitata erat forma εἶμι, Jonico in sermone ἐλεύσομαι crebro occurrit. Quam formam, ut prorsus non repudiaverunt illorum auctores, ita raro admiserunt.[4]) Semel etiam apud Lys. exstat, cuius verba haec sunt or. XXII § 11. ἀλλὰ γὰρ. ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἶομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τόν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι. Ceteroquin invenitur ἐλεύσομαι Her. VI 9. VIII 130. Hipp. p. 238. 241. 594. 602., ἐξελεύσομαι Her. VI 106. IX 37. Hipp. p. 515. 552., κατελεύσομαι Her. V 125. Atque tragicorum poetarum solus Soph. hac voce usus est; adhibet enim ἐλεύσεται O. C. 1206. et Tr. 595.

Usitatior quam ἐλεύσομαι apud tragicos poetas erat forma Jonica ἐγεινάμην.[5]) Hi enim sunt loci, quibus reperitur: Soph. O. R. 1020. El. 261. Ai. 1172. Aesch. Sept.*751. Suppl.*581. Eum. 736. Eur. Alc. 501. 681. 839. El. 964. 1019. Herc. 1263. Suppl.*964. Hipp. 308. Jph. Aul. 399. 949. Jph. Taur. 806. Jon. 3. Med.*1093. Or. 29. Tro. 475.*825. Phoen.*829 996. Atque Jonicorum scriptorum Hippocrates hac forma abstinuit, Herod. vero participium saepius usurpavit. Legitur enim οἱ γεινάμενοι I 120. 122. VI 61., ἡ γεινα-μένη (= mater, ut V 92γ. ἡ τεκοῦσα) IV 10. VI 52. bis.

Formae verborum in — ατται vel — ατο cadentes[6]) Jonico in sermone rarae non sunt. Atque hic non solum eis in verbis occurrunt, quorum stirpes consonantem in fine habent, sed etiam post vocales hae terminationes haud raro inveniuntur. Attici vero prosae orationis scriptores illas formas vitavisse videntur, nam praeter Thucydidis et Xenophontis locos apud unum Platonem semel

[1]) cf. Krueg II § 22. Blass-Kuehn. I 511. Phryn. ed. Lob. p. 60.
[2]) cf. Blass-Kuehner I 212.
[3]) cf. Bredov. p. 195.
[4]) cf. Blass-Kuehner II 430. Krueger. II § 39. Lob. ad Phryn. p. 37. sq.
[5]) cf. Blass-Kuehner II 389.
[6]) cf. G. Meyer 470.

legitur τετράφαται, rep. p. 533B. Neque in titulis Atticis post annum a. Chr. n. 410. perfecti vel plusquamperfecti formae tertiae personae pluralis illo modo terminantur.[1]) Quae vero in titulis hoc anno prioribus exstant exempla, ea omnia ante — αται vel — ατο habent consonantem. Sunt autem haec: ἀναγεγράφαται CJA I 38. (anni 432./416. a. Chr.) et ἐτετάχατο CJA I 40. (anni 424). Neque igitur mirum est, quod his formis Thuc. hic illic usus est, quas ex Jonum dictione eum sumpsisse falso contendit Dienerus.[2]) Erant enim vetustioris Attici sermonis. Usitatae vero non erant in Atthide vetustiore eae formae, in quibus ante — αται vel — ατο vocalis erat, ut opativi formae, quae apud Hom. Jonicosque scriptores creberrime occurrunt.[3]) Atque Herodoti quidem locos huc spectantes summa diligentia collegit Bredovius.[4]) Hippocratis autem, apud quem multo rarius hae formae traduntur,[5]) loci sunt hi; τεχνέαται p. 17., εἰρέαται p. 18. 232. bis, 233. 235. 366. 383. 394., εἰρύαται p. 71. 125. 647. 663., γενοίατο p. 102. 258. 606. bis, 820. 955. 957. 958. 1083. 1160. 1230., περιβεβλέαται p. 268., πυθοίατο p. 383., σινοίατο p. 500., κέαται p. 664., ἐξαρείαται p. 755. bis, ἐξαείραται p. 768., κεκλέαται p. 1293. Apud hunc igitur hos 32 locos tantum inveni, apud illum 182 notavi. Atticae tragodiae poctae metro cogente ad huiusmodi formas confugerunt[6]) ac singulorum hi exstant loci: Soph. O. R. 1274. ὀψοίαθ' et γνωσοίατο, O. C. 44. δεξαίατο, 921. πυθοίατο, 945. δεξοίατο, 602. πεμψαίατο, Ai. 842. ὀλοίατο (in versu suspecto); Aesch. Pers. 360. 451. ἐκσωσαίατο, 369. φευξοίατο, Suppl. * 695. θείατ', 754. ἐχθαιροίατο, Cho. 484. κτιζοίατ'; Eur. Hel. 159. ἀντιδωρμοσαίατο, Herc. 547. ἐκτισαίατο, Jph. Aul. 423. γευσαίατο, Jph. Taur. 326. ὠσαίατο, 1341. οἰχοίατο. — Non vero omnino a poetarum Atticorum sermone prorsus alienas fuisse eas formas eo intellegitur, quod vel Aristophanes compluribus locis eis usus est. Apud quem legimus eq. 662. γενοίαθ', nubb. 1199. ὀφελοίατο, av. 1147. Lys. 42. ἐργασαίατο, pac. 209. αἰσθανοίατο. In Jade igitur non solum hae formae exstant, sed statuendum erit et in Jonico sermone eas inveniri et in poetarum genere dicendi.

Jam ad iterativas verborum formas accedamus. Quae saepe in sermone Jonico — praecipue in vetustiore —, raro

[1]) cf. Meisterh. p. 13 ,4. Curtius, gr. Verb. I 99. Moeris p. 154.
[2]) cf. Diener, de sermone Thuc. etc. Diss. Lips. 1889. p. 5.
[3]) cf. Blass-Kuehner I 76. sqq.
[4]) cf. Bredov. p. 331.
[5]) cf. Blass-Kuehner, l. l.
[6]) cf. Gerth. p. 228. sqq.

in Attico inveniuntur. Augmentum deest, ἐλάβεσκον enim Her. IV 130. falso traditur.[1]) Atque Herodoteos quidem 49 locos huc pertinentes inveni,[2]) apud Hipp. vero ne una quidem forma iterativa exstat. Tragicorum poetarum Aeschylus et Sophocles huiusmodi formis usi sunt, non usus est Euripides. Legitur enim Soph. Ant. * 950. ταμιεύεσκε, * 964. παύεσκε, fr. 491. βλαστάνεσκεν, Aesch. Pers. 830. πινύσκετ'. Duo exstant exempla apud Ar. quorum alterum est in versu epico

pac. 1070. εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι γε θεαὶ Βάκιν
ἐξαπάτασκον,

alterum risus movendi causa formatum est

eq. 1242. ἠλλαντοπώλουν καί τι καὶ
βινεσκόμην.

Restat, ut de augmento a Sophocle omisso loquamur. Atque exceptis iterativis formis, in quibus augmentum ferri plane non potest, Herodotus syllabicum augmentum ubique addidisse videtur, temporale vero interdum omisisse,[3]) Hippocrates Atticam rationem secutus est.[4]) Tragicos autem poetas compluribus locis augmento non usos esse negari non potest.[5]) Differentes vero ab Herodoto temporale augmentum semper habent (loci enim, qui soli obstare videntur, Soph. Ant. 404. et Eur. Jph. Taur. 53. iam diu a viris doctis emendati sunt), syllabicum autem, quibus omiserint, loci non desunt. Atque inveniuntur eorum locorum, quos conscripsi, decem in melicis partibus: Ant. * 134. πέσε, * 984. τράφῃ, Ai. * 235. σφάζ', * 1201. νεῖμεν; Eur. Jph. Aul. * 198. τέκε, * 579. τρέφοντο, Jph. Taur. * 1239. φέρεν, Phoen. * 649. τέκετο, * 675. δεῖξεν, * 809. φέρεν. In primo senarii pede, cum versus antecedens in fine vocalem vel diphthongum habeat, sunt hae formae: Soph. Tr. 904. βρυχᾶτο, 915. φρούρουν, El. 715. φορεῖθ', 716. φείδοντο, O. C. 1606. κτύπησε, 1607. ῥίγησαν; Aesch. Pers. 458. κυκλοῦντο, 506. πῖπτον; Eur. Hec· 1153. θάκουν. In primo senarii pede, versu antecedente in consonantem cadente, exstant Soph. O. R. 1249. γοᾶτο, O. C. 1624. θώϋξεν; Aesch. Pers. 376. τροποῦτο, 416. παίοντ'. Mediis denique in senariis versibus hisce locis exstant exempla: Aesch. Pers. 313. πέσον, Eur. Bacch. 1134. γυμνοῦντο. In melicis partibus

[1]) cf. de his formis Blass-Kuehner II 79. sqq. G. Meyer 512. Krueger II § 32,1. G. Curtius, verb. d. gr. Spr. Lips. 1880. II 405. sqq.

[2]) Collecti sunt a Bredovio, p. 285. sq.

[3]) cf. Blass-Kuehn. II 19. Krueg. II § 28,4 Bredov. p 285. sqq.

[4]) Unica enim exceptio p. 1014 (Ἀντιγενέος ἢ περὶ Νικόμαχον τέκεν παιδίον σαρκῶδες κ. τ. λ.) non dubitandum est, quin corruptela orta sit.

[5]) cf. Blass-Kuehner II p. 18,5. Gerth. p. 259. sqq. Matthiae I § 160.

fabularum huiusmodi formas occurrere haud ita mirum est, cum constet poetas ibi maiore formarum varietate uti, quam in diverbiis. Nec vero quae in senariis exstant, mutanda videntur, quamvis multis locis sit facile addito augmento anapaestum pedem efficere, quem pro iambico admitti posse satis notum est. Sed primum haec ratio est violentior, cum vix intellegatur, cur omnibus his locis librarii ε litteram omiserint; deinde demonstrari non potest poetas tragicos in diverbiis illa licentia omnino non usos esse. Nec maiorem verisimilitudinis speciem prae se fert eorum sententia, qui putent augmentum in primo senarii pede vel non scriptum tamen pronuntiatum esse vocalibus in fine antecedentis versus elisis. Nam, etiamsi praetermittamus exempla, in quibus littera consonans antecedit, illa ratio versus faciendi rarissima est nec poetis erat usitata, nisi quod particularum δέ et τέ littera ε hic illic in versuum finibus eliditur. Summi autem momenti ad haec omnia hoc accedit, quod certo quodam consilio et ratione poetae augmentum verbis detraxisse videntur. Nam omnibus locis, quibus tales formae occurrunt, vel nuntii vel servi loquuntur, uno loco excepto Eur. Hec. 1153., ubi verba sunt Polymestoris. Probanda igitur hoc loco videtur Elmsleii emendatio, qui iuvante scholio θαχοῦσ' scribat. Apparet igitur et in lyricis partibus et in diverbiis tragicos poetas interdum augmentum syllabicum omisisse. Neque autem haec sunt Jadis prosae orationis vestigia, cum Herodotum prorsus aliam rationem sequi viderimus, sed ex imitatione epicae poesis talia nata esse iure contendemus.

Ac quoniam de epicorum imitatione locuti sumus, paucas eiusdem generis res fortasse hic afferre licebit. Epicae enim sunt formae solutae ἀοιδός et ἀοιδή. Quibus nec Soph. abstinuit neque Eur. Legitur enim ἀοιδός Soph. O. R. 36. Tr. * 1001. Eur. Hel. * 1109. Heracl. 403. Herc. 1315., ἀοιδή Soph. Ant. 883. Eur. El. * 143. Suppl. * 976. Jph. Taur. * 1283. Eodem deinde modo, quo in vocibus ἀοιδός et ἀοιδή *F* littera omissa formae solutae effectae sunt, ἀίσσω, ἀιστόω, ἀείρω, ἄεθλον formae sunt ortae, quas tragici poetae et ipsas usurpaverunt. Exstat enim ἀίσσω[1]) Soph. O. C. * 1499. Tr. * 843. Eur. Bacch. * 147. Hec. 31. Suppl. * 962. Jph. Aul. * 12. — ἀιστόω Tr. * 881. Her. III 69. 127. — ἀείρω[2]) Soph. Ant. 418. Tr. * 216. Aesch. Pers. * 660. Eur. El. * 873. [Rhes. * 25.]. — ἄεθλον[3]) Soph. Tr. * 506.

---

[1]) cf. de hac voce Blass-Kuehner I § 50. adn. 5.

[2]) cf. Bredov. p. 193.

[3]) cf. de hac voce Blass-Kuehner I p. 209.

II. De verborum delectu.

1. de nominibus.

a.

Primum ea substantiva adiectiva verba proferam, quae in utroque sermone inveniuntur, sed apud Jonicos scriptores tragicosque poetas notionem interdum habent ab Atthide alienam. Sunt autem haec:

αἰών. Significat haec vox apud Atticos 'aeternitas', ut apud Jsocr. p. 46b. 166b., apud Jonicos vero scriptores haud raro idem valet, quod βίος. Cf. Her. I 32. III 40. VII 46. IX 17. 27. Hipp. p. 253. 384. 759. 840. 857. 1283. Duobus locis Plato quoque hanc vim vocabulo attribuit, Gorg. p. 448C. legg. III 701C. Nam Prot. 345C. est in ore Simonidis. Poetarum autem praeter Hom. et Pind. tragici hisce locis illa notione vocem adhibuerunt: Aesch. Pr. 862. Sept. * 219. Ag. 554. Eum. * 315. Soph. Ant. * 583. Tr. 2. 34. Ph. 1348. El. * 852. 1024. Eur. Alc. 337. Andr. * 1215. Bacch. * 397. Jph. Taur. * 1122. Jon. 625. Med. 243. Or. 603. — βορά et φορβή voces de pastu bestiarum usitatae a tragicis Jonicisque scriptoribus de hominum cibo usurpantur. Ac βορά, quod apud Hom. omnino non legitur, atque apud Plat. semel de bestiis, Prot. p. 321B., notione illa invenitur Her. I. 119. Hipp. p. 599. Soph. O. R. 1463. Ph. 274. 308. fr. 678,8, si Grotii coniectura placet. Aesch. Pers. 490. Ag. 1220. 1597. (χρεοβόρος Suppl. 287. de Amazonis). Eur. Hel. 502. El. 425. 429. Suppl. 865. Jph. Taur. 388. 973. Jon. 1169. Cycl. 88. 122. 249. 254. 289. φορβή Her. I 202. 211. IV 121. VII 50. 107. 119. Hipp. p. 263. Soph. Ant. 775. Ph. 43. * 162. * 706. * 711. * 1107. Neque Homerus nec ceteri poetae tragici hac vocis notione usi sunt, posteriorum vero Ap. Rhod. — τέρας notione 'monstrum' Atticum est, ut semel apud Js., p. 213b.

de Minotauro, saepe apud Plat. Multis etiam tragicorum locis hanc vim habet. Notione vero 'prodigium' Attici adhibuisse non videntur, sed Jonici sermonis erat. Cf. Her. I 59. 78. bis, II 82. bis, III 153. IV 28. bis, VI. 98. VII 57. bis, VIII 27. 37. bis, 137. IX 120. bis. Tragicorum hi sunt loci: Soph. El. * 498. Eur. Phoen. 1189. — μείγνυσθαι de concubitu dictum, ut apud Hom. ita apud posteriores Jonicos scriptores rarum non est. Subest enim ei verbo haec notio Her. I 5. 61. 135. 198. 199. ter, 216. II 46. 64. 89. 131. 181. quater, III 118. bis, IV 9. 172. ter, 176. 180. V 20. VIII 33. Hipp. p. 225. 232. 233. 246. 265. 566. 589. 591. 599. 610. 679. 681. 685. Tragicorum hi sunt loci: Aesch. Pr. 738. Suppl. 295. Eum. 69. Soph. O. R. 791. 995. Eur. Andr. 174. Jon. 338. Unicus exstat locus Platonis pol. IX p. 571D. μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μείγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ, atque bis est apud Ar., in canticis, av. 698. et ran. 1080. Jsocr. eadem notione usurpat συγγίγνεσθαι p. 385d. — ἐκμάσσω vox ab Hom. aliena eadem notione, qua Attici utebantur ἀπομόργνυμι, exstat Hipp. p. 395. 466. 526. 554. 587. Herond. VI. 9. Soph. El. 446. Eur. Herc. 1400. Apud Plat. non raro significat 'formare, exprimere', ut Ar. Th. 514. similiter habet αὐτέκμαγμα. — ἀκρατής de corporis debilitate, ut ἀσθενής in Atthide, usurpaverunt Hipp. p. 94. 100. 137. 193. 287. 304. 305. 306. 417. 447. 463. 562. 592. 606. 815. 816. 1037. 1122. 1180. 1247. Aesch. Pr. * 884. Soph. O. C. * 1236. Attici semper simili notione hoc adiectivum usurpaverunt, ac Thuc. III 84. ἀκρατὴς ὀργῆς, vel Plat. legg. IX p. 869A. ἀκρατὴς θυμοῦ. Cf. Js. p. 252c. ἀκρατῆ γίγνεσθαι = sibi temperare non posse, et περὶ ἀντ. c. 222. Similiter Plat. Soph. p. 252C. Eryx. p. 397A. Homerus hac voce abstinuit. — Non multo aliter res se habet de adi. προπετής, quod notione locali 'proclivis' non raro in Hipp. scriptis legitur, ut p. 37. 106. 197. 617. 780. 798. 808. 1016. Deinde Soph. Tr. 701. Eur. Alc. * 909. Hec. * 150. Attici vero scriptores, nisi translatione, hoc verbum non admiserunt, cf. Js. ad Demon. 15. μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, p. 407b. (= temerarius). Adverbium deinde reperitur p. 126d. 290a. Plat. legg. VII p. 792D. Apud Hom. non exstat. — Translatam deinde notionem apud Jones et tragicos haec vocabula habent: αἰχμή, quod neque in sermone Attico (ubi omnino rarum erat) notionem habet πόλεμος, μάχη, ita usurpatur Her. V 94. VII 152. Soph. Tr. * 859. Ph. 1317. Eur. Herc. 158. * 437. Tro. * 819. Phoen. 1273. Apud Aesch. haec vocis notio non exstat. — συμβόλαιον, cui voci apud Atticos notio est 'pactum, commercium', qua multis Js. Platonisque locis occurrit, apud Jones legitur notione 'signum', quam vim in

Attico sermone habebat vox σύμβολον, cf. Js. p. 50d. et locos Plat. Jllo vero modo usurpatur Her. V 92η. Soph. Ph. 884. Eur. Jon. 411. Hi enim sunt soli tragicorum loci, cum Aesch. hoc vocabulum non habeat. σύμβολον autem exstat Aesch. Ag. 315. Hom. quoque illa voce abstinuit. Simili modo, quo pro σύμβολον apud Her. invenitur συμβόλαιον, legitur pro νόμος haud raro νόμαιον, ut I 135. II 49. III 38. 99. IV 59. 76. 78. 80. 104. — Jn sermone Jonico vocabulo χρώς interdum fuisse notionem 'corpus' ex Homero satis notum est. Hisce enim locis — ut alios omittamus — ita usurpatur: od. II 376. Jl. IV 137. VIII 43. XIV 170. XIX 33. Eiusdem deinde significationis vestigia in Hipp. scriptis inveniuntur, cf. p. 304. 424. 456. 514. 643. 765. 1216. Atticorum poetarum Soph. et Eur. compluribus locis voci χρώς notionem illam attribuerunt. Nam Ant. 246. (κἀπὶ χρωτὶ διψίαν κόνιν παλύνας) sane non de cute agitur, sed toto de corpore. Non minus Tr. 767. de eadem interpretatione cogitandum est. Accedunt loci Eur.: Bacch. 821. 830. Suppl. * 1021. Med. 689. 1075. * 1403. Or. 303. Tro. 453. 496. Apud Plat. haec vox omnino non exstat.

Non apud ceteros tragicos, sed apud Soph. solum haec reperiuntur:

ἀνθίζω vocem Jonicam pro βάπτω (colore linere) Soph. El. 43. (οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον) oxymoro quod vocatur usus usurpavit, cum, si quis locum legit, fieri non possit, quin ei illius ἄνθος ἥβης in mentem veniat, cum senem, cuius capilli albi facti sint significet. Similiter apud Her. I 98. dictum est: οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. — ἄγω pro νομίζω (putare, existimare) legitur Her. I 134. II 83. 172. VII 150. IX 7. Thuc. VIII 81. Soph. Ant. 34. O. R. 775. 784. Ab Hom. videtur alienum fuisse. — ἐμπολάω, quod Hipp. p. 507. idem valet ac πράττω (κάλλιον ἐμπολᾶν) eodem modo usurpatur a Soph. Ai. 978., ubi legimus: ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ; Accedit locus Hom. od. XV 456. — ἐξέρχομαι idem significat, quod ἀποβαίνω in Attico sermone (= evenire, Js. p. 373a. 424c. Plat. Lys. p. 206A) Her. III 80. VI. 82. 108. VII 137. Soph. O. R. 88. 1011. Ut ἐξήκω = 'evenisse' invenitur Her. I 120. VI 69. 80. Soph. O. R. 1182. Homerus illud verbum hac notione non habet, hoc omnino abstinuit. — προστίθημι notione verbi 'imponere', ab Hom. alienum, est Her. I 108. III 62. V. 30. (hic Steinius correxit προέθεσαν), Soph. O. R. 820. O. C. * 154. fr. 419. — Significat ταφή in Attico sermone 'sepultura', ut Plat. legg. I 632C. IV 717D. IX 873D. XII 959D. 960B. Phaed. p. 115E. Menex. p. 234B. Js. p. 176 c. 307b. τάφος est 'sepulcrum', Js. p. 176c. 189a. 308c. 351e.

Accedunt haud pauci loci Platonis, qui vero huic quoque voci addit notionem 'sepultura'. ταφή igitur, quod in carminibus Homericis omnino non invenitur neque ullo Atticorum scriptorum loco notionem habet 'sepulcrum', hanc vim haud raro exhibet apud Her. et Soph. Cf. Her. I 24. 198. II 169. 170. III 10. 16. bis, IV 71. bis, V 63. Soph. Ai. 1090. 1109. Ceteri vero tragici poetae notione 'sepulcrum ubique τάφος usurpaverunt, ut Aesch. Cho. 108. 168. * 336. * 352. 488. Eur. Jph. Taur. 625. 632. 703. aliis locis permultis. Quam vim etiam apud Her. undecim locis τάφος habet. Melicis denique in versibus semel Ar. voci ταφή Jonicam notionem addidit, ran. 423.

τὸν Κλεισθένη δ'ἀκούω
ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν
τίλλειν ἑαυτοῦ καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους.

De voce χοῖρος Ath. IX p. 375D. haec monet: χοῖρον δὲ Ἴωνες καλοῦσι τὴν θήλειαν, ὡς Ἱππῶναξ καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις:

Τοιγὰρ Ἰὼ δεῖ φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν (cf. fr. 217.). Sed in prosa oratione ne apud Jonicos quidem scriptores haec vocabuli notio exstat, ut Hipp. nullo loco χοῖρος pro αἰδοῖα dicit. Poetarum vero hic Herondae mentionem iniciam, qui VIII 2. 7. hoc modo χοῖρος usurpavit. Ac certo, quae apud Athen. dicta sunt, ad poetas solos pertinent. Apud Plat. uno loco χοῖρος legitur, notione 'porcellus', rep. II 378A. Aesch. prorsus abstinuit hac voce in tragoediis servatis, atque unico loco Homerico, od. XIV. 73., genuina notione adhibita est. Saepius autem ea Ar. usus est pro γυναικεῖα αἰδοῖα (Eccl. 724. Th. 289. 538. 540.), nec vero alia de causa admisisse eam videtur, ac ridiculae verbi ambiguitatis causa, cum et 'porcellus' esse possit et 'cunnus'. — Denique στέλλω intransitiva quam vocamus, notione legimus adhibitum Her. IV 147. (Θήρας - ἔστελλε ἐς ἀποικίην = profectus est), 148. V 125. ac duobus Soph. locis, Ph. 971. et 640.

b.

Jam ea liceat enumerare nomina, quae ab Attico sermone prorsus aliena sunt, in Jonum vero tragicorumque genere dicendi occurrunt.

1. Ac primum quidem haud raro Jonici scriptores composita verba ibi adhibebant, ubi Attici vocabulis simplicioribus utebantur. Quorum e numero apud Soph. solum, non apud ceteros tragicos, inveniuntur haec: ὁδοιπορέω pro ἰέναι vel βαδίζειν. Exstat Her. IV 110. 116. Hipp. p. 338. ter, 378. 408. 417. 479. bis, 485. 486. 511. 538. bis, 539. 546. 641. 747. 752. 758. 819. 822. bis, 824.

826. 854. 855. 1128. 1165. 1193. saepius. Soph. O. R. 801. 1027. O. C. 99. 840. 849. 1251. El. 1099. Ai. 1230. fr. 234a. 714. Composita huius verbi inveniuntur ἐξοδοιπορέω Soph. El. 20. (quo loco falso offendit Nauckius), διοδοιπορέω Her. VIII 129., περιοδοιπορέω Hipp. p. 85. Hom. hac voce usus non est, ὁδοιπορίη vero, quod Her. II 29. VIII 118. Hipp. p. 366. 375. 474. 822. exstat, semel legitur, h. Merc. 85. et ὁδοιπόριον semel, od. XV 506. Deinde ὁδοιπόρος, quod etiam in cantico est Ar. Ach. 205., semel exstat, Jl. XXIV 375. — Magna praeterea huc spectat copia eorum verborum, quae praepositione ἐκ ficta sunt. Sed cum sint iam a Rutherfordio collecta, denuo hic enumerare supervacaneum est. Nec vero multo minor est multitudo verborum cum praepositione ἀπό compositorum. Quorum in multis praepositionis ἀπό vis est ea, ut notionem simplicis verbi augeat. Exstant autem talia apud Jonicos scriptores: ἀπογεννάω Hipp. p. 511., ἀποδηλόω Hipp. p. 544. Pol. Plut, ἀποθεραπεύω Hipp. p. 1274., ἀποκρατέω Her. IV. 50. 75., ἀποματαΐζω Her. II 162. ἀπομαστιγόω Her. VIII 109., ἀπονοστέω Her. I 42. 82. II 33. 135. 161. III 124. IV 33. saepius, ἀποξυρέω Her. V 35. Hipp. p. 464., ἀποσφάζω Her. IV 62. bis, 85. Hipp. p. 226. 227. 1151., ἀπογηράσκω Hipp. p. 1246., ἀποξύνω Hipp. p. 371. Addi praeterea possunt adverbia ἀπαντίον Her. VII 34. et ἀπεναντίον Her. VII 55. Hanc Sophocles consuetudinem secutus nonnullis usus est verbis, quae in Atticorum dialecto usitata non erant. Legitur enim ἀπαμελέω Ph. 652. Her. III 129. 132. Vetustioris Jadis poetae hoc verbo abstinuerunt. Apud Atticos vero eadem notione invenitur καταμελέω, ut Js. p. 30c. 144e. 147c. 156d. 224b. et παραμελέω, Js. p. 59e.— ἀπερύκω pro Attico ἀπείργω (Js. p. 262a.) O. C. * 169. Ai. * 186. Her. I 32. II 64. Quo verbo Hom. quoque usus est. Simplex verbum ἐρύκω exstat Tr. * 120. Ph. * 1153. Eur. Heracl. 691. Herc. 317. Her. IV 125. V 15. IX 49. Atticum verbum est eiusdem notionis κατέχω. - ἀποθαυμάζω semel apud Hom., od. VI 49. Deinde Soph. O. C. 1586. Her. I 11. 30. 68. 88. II 79. III 148. IV 82. VIII 65. IX 111. — Non minus ἀπό a genere dicendi Atticorum scriptorum abhorret in adiectivo ἀπότιμος pro ἄτιμος, quod exstat O. R. * 215. Her. II 167. Apud Hom. semel legimus ἀποτιμάω, hymn. Merc. 35. Usurpabant autem saepius Jonici seriptores praepositionem illam a privativi loco, ut in vocibus ἀπόθερμος Hipp. p. 582. 583. bis, 608. 674. bis, cum Plato habeat ἄθερμος Phaed. p. 106A., ἀπόσιτος Hipp. p. 1208. 1215. 1222. 1223. 1225. 1226. 1228. 1238. 1288. — Denique ἐπιμέμφομαι

pro μέμφομαι exstat Her. I 75. 116. II 129. 161. III 1. IV 159. VI 124. Hipp. p. 293. Soph. Tr. * 122. Hom. hanc vocem non usurpavit.

Apud ceteros quoque tragicos exstant:

ὑπεκτρέχω pro Attico ἀποδιδράσκω Her. I 156. Soph. Ant. 1086. Tr. 167. Eur. Med. 524. Phoen. 873. — δακρυῤῥοέω Hipp. p. 1131. 1134. Soph. Tr. 326. 796. O. R. 1473. El. 1313. fr. 757. Eur. Alc. 137. 826. Herc. 1114. 1181. Suppl. 289. Jph. Aul. 889. Jon. 246. 967. Med. 1012. Phoen. 370. Atticum erat dicere δακρύω. — Ad verba cum praepositione ἀπό compositis accedit ἀποστυγέω vox ab Hom. aliena, quae exstat Soph. O. C. * 186. * 692. Eur. Jon. * 488. Her. II 47. VI 129. — Praeterea afferam, quoniam de praepositione ἀπό agimus, adiectivum ἄπαρνος, quod legitur Soph. Ant. 435. Aesch. Suppl. * 1040. Her. III 99. Attici enim unicam formam habent ἔξαρνος, ut Plato saepe, Js. p. 359d. 390. a. b. 362b. 366c. 367e. 373d. 400c. Ar. nubb. 1230. Plut. 241. Accedit ἐξαρνητικός Ar. nubb. 1172. Simili modo legitur ἀπαρνεῖσθαι Her. VI. 69. Hipp. p. 28. Eur. El. 789. 796. 1057. Hipp. 1266, cum ἐξαρνέομαι sit Ar. Eccl. 660.

2. Deinde tragici poetae haud pauca vocabula e sermone Jonico in suam dictionem transtulerunt simplicia, quorum loco Attici scriptores habebant composita.

Atque apud Soph. quidem solum reperiuntur: ἐπλησάμην, qui aoristus, si Jebbio fides habenda est, apud Atticos nisi cum praepositione ἐν coniunctus, non obvius est. Exstat autem exceptis Hom. locis Her. VI. 125. Soph. O. C. * 528. — ἵστημι notione verbi καθίστημι Ant. 666. O. R. 940. Praeterea est Her. I 97. 147. II 162. III 84. VI 58.

Apud ceteros quoque tragicos inveniuntur haec: γόνος, cuius vocis loco Attici dicebant ἔκγονος, v. Plat., Js. p. 120b. 191d. 193a., vel ἀπόγονος, Js. p. 191c., in utraque Jade creberrime occurrit, ut exstat — omitto enim locos Hom. — Her. I. 108. 109. II 43. III 66. V 92 β. γ. δ. VI 135. VII 61. 205. IX 33. Hipp. p. 234. Tragicorum autem hi sunt loci: Aesch. Sept. 527. Suppl. * 171. 313. Cho. 253. Soph. Ant. 574. 1018. Tr. * 956. 1106. O. C. 549. 1322. Ph. 366. 416. 425. 1221. Ai. 1303. Eur. Alc. 505. 1006. Andr. 70. 971. 1239. Bacch. 278. * 603. 725. 1342. Hec. 1022. Hel. 98. 243. 787. * 1475. 1541. El. * 450. Heracl. 817. Herc. * 689. 712. * 1192. Suppl. 888. Jph. Aul. * 193. * 793. 1362. Jph. Taur. 533. 561. * 1234. 1416. Jon. 78. 965. 1202. Or. 82. ** 326. 1038.* * 1464. [Rhes. 186. 905. 918.] Tro. 597. * 805 1128.

1135. Phoen. 150. 283. 1144. 1153 1236. alii. Semel etiam in cantico Ar. occurrit, Thesm. 117.

ἕπομαι καλῆζουσα σεμνὸν
γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς
Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ.

Accedunt haec verba; αἰνέω, quod duobus tantum locis Plat. exstat, rep. III p. 404 D. et legg. XII p. 952C.,[1]) non solum apud Hom., sed etiam apud Her. saepe obvium est, cf. Her. I 90. 98. 122. 137. II 129. III 73. 76. 157. V 102. 113. VI 120. VII 102. 107. bis, VIII 69. 124. Hipp. p. 27. Herond. IV 47. Etiam magis vero tragici hoc vocabulum adamabant; legitur enim Aesch. Pers. * 642. Suppl. 179. 710. 902. * 1071. Ag. * 98. 917. 1403. * 1482. Cho. * 80. 192. 555. 715. Eum. 469. saepius; Soph. Ant. 1157. Ph. 451. 889. 1380. 1398. Ai. 526. fr. 325; Eur. Alc. 12. 525. 1093. Bacch. 10. 944, Hel. 1232. El. 396. 1247. Heracl. 436. Herc. 275. Suppl. 201. 388. 707. Hipp. 37. 483. Iph. Aul. 506. 824. 980. Iph. Taur. 1023. Ion. 1609. Or. 284. 1161. 1162. saepius. Quo unico loco traditur Isocratis, p. 155 d., αἰνοῦσι, speciosa Bekkeri coniectura genuina lectio ἐνοῦσι restituta est. — ἀντάω pro ἀπαντάω verbum ab Atthide alienum in Hom. carminibus invenitur, deinde Her. I 114. II 119. Aesch. Suppl. * 37. 323. Soph. Ant. * 982. Tr. 902. O. C. 1445. Ai. 533. Eur. Iph. Aul. * 150. Ion. 802. Tro. * 212. — ἕζομαι praeter Hom. usurpaverunt Her IV 85. 165. VIII 22 Herond. IX 1. Aesch. Eum. 3. Soph. O. R. 32. (cod. L.), O. C. 100. Ai. * 249. 309. Eur. El. 109. 1259. Iph. Taur. 968. Ion. 1202. Or. * 1412. Phoen. * 1517. Locus Ar. ran. 682. in cantico est. — ἧμαι loco verbi κάθημαι apud Hom. et Pind. legitur; deinde Her. IX 57. et apud tragicos poetas Aesch. Sept. 513. Ag. * 183. 862. Cho. 975. Eum. 47. 440. * 997. Soph. Tr. 24. * 525. Ai. 311. Eur. Andr. 699. Bacch. 38. Herc. 1097. Suppl. 357. 664. 674. Iph. Aul. 88. Iph. Taur. 1339. Cycl. 16. [Rhes. 613. 846.] Plato semel, versum Hom. (II 433.) laudans, hoc verbum admisit rep. III p. 389 E. — Rarae sunt deinde apud Atticos aoristi formae simplicis verbi θνήσκω, quae apud tragicos creberrime occurrunt nec rariores sunt in Hipp. libris, qui eas unaquaque fere pagina habeat, ut p. 166. 170. 177. 179. 183. 186. 188. 196. 197. 199. 208. 254. 273. 386. 400. 427. sescentisque aliis locis, quos longum est enumerare. — ὀχλέω pro ἐνοχλέω (Js. p. 42c. 84e. 92e. 94a. 263a. 316a.) legitur Her. V 41.

[1]) Omisit hanc vocem Astius in lexico.

Hipp. p. 26. 28. 149. 205. 617. 684. 756. 773. 825. 996. 1139. Aesch. Pr. 1001. Soph. O. R. 446. Semel est apud Hom., Jl. XXI 261.

3. Jam eas recenseamus Jonicas voces, quarum stirpes in Atticis quoque patent vocibus, quae quidem illis respondeant; cum vocabula ipsa in altera dialecto altera formata sint ratione.

Ac Sophoclis quidem solius sunt haec: μνῆστις, quod semel legitur apud Hom., od. XIII 280. et Her. VII 158., tribus Soph. locis exstat, Ai. 520. 523. 1269. Attica vox ei respondet μνεία, cf. Js. p. 89 d. 104 c. 127 d. 161 a. 256 a. 257 d. 304 c. 391 c. περὶ ἀντ. 102. 262. — χειρῶναξ fuisse Sophocleum fr. 724. cognoscimus. Occurrit praeterea Her. I 93. II 141. et Hipp. p. 269. 820. Eadem notione exstat χειρωνάκτης Hipp. p. 384. 391. χειρωναξία legitur Her. II 167. Aesch. Cho. 761. Atticis erat usitatum χειροτέχνης, cf. locos Plat. — καταντίον pro ἐναντίον neque apud Hom. reperies neque apud tragicum poetam unico Soph. excepto, qui eo usus est Ant. 512. Saepius exstat apud Her., ut VI 103. 118. VII 33. VIII 52. — πολυπλήθεια, vox rara, est in Soph. fr. * 583 a. Deinde bis Hipp. ea usus est, p. 290. et 307. Ceterum apud scriptores bonae auctoritatis non legitur. — φύξιμος, cuius loco Attici usurpant verbum φεύγω, semel apud Hom. est, od. V 359. Praeterea Hipp. p. 532. et Soph. Ant. * 787.

A ceteris quoque tragicis poetis hae voces adhibebantur: βιοτή, quae vox pro βίος legitur Her. VII 47. Hipp. p. 1185. (ὀλιγοχρονίαν βιοτήν), Aesch. Pers. * 853. Soph. Ph. * 164. * 690. * 1160. fr. * 520 * 964. Eur. Andr. * 786. Bacch. * 74. Hec. * 198. * 457. Herc. * 664. Hipp. * 1385. Iph. Aul. * 551. * 567. Ion. * 490. Med. * 141. * 147. * 415. * 993. * 1107. Semel apud Hom. exstat, od. IV 565., semel apud Ar., vesp. 1452. in cantico. — Pro ἔχθρα vel ἀπέχθεια (Plat. Dem. Js. p. 167 a.) Jonicum vocabulum ἔχθος occurrit apud Hom., Her. III 82. ter, IV 104. VIII 30. IX 15. 37. 38. Aesch. Sept. * 937. Pers. 284. Suppl. 331. Cho. 101. Soph. Ph. 59. El. 1034. Eur. Or. 623. Phoen. 879. Atque eiusdem stirpis verbum ἐχθαίρω Hipp. p. 1285. Aesch. Pr. 975. Sept. 502. Pers. 772. Suppl. 487. Cho. 241. Soph. Ph. 59. El. * 177. 1034. 1363. Ai. 458. 679. Ant. 93. Eur. Alc. 179. Bacch. 476. Herc. 1086. 1223. Suppl. 879. Hipp. 1054. Med. 555. 697. 1374. Phoen. 1652. Semel Ar. hanc vocem admisit, Jonem imitans, ran. 1425. — ζωστήρ vetustiori Atthidi haud abroganda videtur, cum nomen proprium Ζωστήρ apud Atticos fuerit, Her. VIII 107. Strab. IX 398. Ceteroquin vero vox erat aliena a sermone Attico; occurrit autem Her. I. 215. IV 9. 10. ter, IX 74.

Soph. Ai. 1030. Eur. Heracl. 217. Herc. * 415.; deinde apud scriptores posteriores. — οἰκήτωρ, qua voce Hom. usus non est, exstat Her II. 103. IV 9. 35. VI 97. VII 143. 153. Aesch. Pr. 351. Suppl. 952. Soph. Tr. 282. 1161. O. C. 728. Ai. * 396. 517. Eur. Andr. 1089. Herc. * 393. Suppl. 658. Jon. 1299. In sermone Attico vel participium verbi ἐνοικέω invenies, vel subst. οἰκητής, ut apud Plat. — πάτρα pro πατρίς apud Her. legitur II 102. 115. VI 126. 128. IX 76. 79. Aesch. Pers. 186. 774. Soph. Ant. 182. Tr. 326. O. R. * 192. O. C. 376. 1330. 1421. Ph. 220. (in cod. L.) 1430. Eur. Hec. 541. 1291. Hel. 91. 150. 287. 402. 405. 407. 669. 881. 1283. 1665. Heracl. 186. 310. Herc. 18. 1285. Iph. Aul. 1553. Iph. Taur. 535. * 648. 929. 1058. Jon. 1331. Cycl. 102. 703. Med. 503. [Rhes. * 702.] Tro. 387. 434. 966. 1132. * 1311. Phoen. 278. 429. 573. 1002. * 1724. 1758. Trium locorum Ar. ran. 1427. est in ore Eur., Ph. 136. in imitatione tragicae dictionis, Ach. 147. Rutherfordii fortasse explicatio probanda est (cf. p. 19.), quamquam eam artificiosiorem mihi videri vix negaverim. — πορθμός pro πόρος bis tantum apud Hom. exstat, od. IV 671. et XV 29. Deinde Her. VIII 76. 91. Aesch. Pers. * 69. 722. 799. Ag. 307. Soph. Ant. * 1145. Tr. 571. Eur. Hec. * 1106. Hel. 127. 532. Iph. Aul. 1379. Cycl. 108. Tro. * 102. Semel etiam Plato huic verbo dedit locum, ep. VII p. 345 D. — ῥεῖθρον notione Atticae vocis ῥεῦμα exstat exceptis Hom. locis Her. I 75. bis, 179. 186. 191. VII 43. 58. 109. 127. 130. 187. 196. IX 51. Hipp. p. 412. 1275. Aesch. Pers. 497. Ag. * 210. Soph. Ant. * 105. 712. * 1124. O. C. 687. Eur. Alc. * 458. El. 794. * 863. Iph. Taur. * 1257. Phoen. * 659. Posteriorum scriptorum Polybius hanc vocem usurpavit. — χόλος, cuius vocabuli loco Plato habet χολή, legitur apud Hom. et Hes., deinde Her. I 118. VI 119. VIII 27. Aesch. Pr. 29. 199. 370. 376. Soph. Tr. 269. Ph. 328. El. * 176. Ai. 41. 744. Eur. Hec. 1118. Herc. 840. Iph. Aul. 1609. Iph. Taur. 1439. Med. 94. * 99. * 172. 590. 898. 1150. * 1266. Semel apud Ar. est, ran. 814. in cantico. — Adiungantur adiectiva: ἀχρεῖος, quod legitur apud Hom. Hes. Pol. Praeterea Her. I 191. 211. III 81. Hipp. p. 4. 505. 553. 787. 801. 823. 829. 1292. atque apud tragicos. Aesch. Pr. 363. Soph. O. C. 627. fr. 190. * 583 a. Eur. El. 883. Heracl. 58. Herc. 42. 1302. Suppl. 299. Med. 299. Js. nullo loco hanc vocem adhibuit, sed usurpavit ἀλυσιτελής p. 165 c., ἄχρηστος p. 209 a. 262 e. 425 d. Plato nonnullis quidem locis admisit ἀχρεῖος, multo autem saepius habet ἄχρηστος, atque id quidem eis in scriptis, quae quin vere Platonis sint, non debet dubitari. —

Ἑλλάς, vim adiectivi Ἑλληνικός habet Her. V 93. VI 98. VII 22. 115. IX 16. Soph. Ph. 223. 256. Eur. Andr. 169. — μεταίτιος pro συναίτιος exstat Her. II 100. IV 200. 202. VII 156. VIII 101. IX 88. Aesch. Ag. 811. Cho. 100. 134. Eum. 199. Soph. Tr. 260. 447. 1234. Eur. Suppl. 26. Semel apud Hipp. exstat, p. 301. ac semel apud Plat., rep. X p. 615 B. — πέτρινος legitur Her. II 8. Aesch. Pr. * 562. Soph. Ph. * 160. Eur. Andr. 116. Hel. * 189. 1122. * 1326. El. * 706. Iph. Taur. 290. * 1089. Cycl. * 491. Tro. 508. Hom. huius adi. loco habet πετρήεις, Plat. πετρώδης, cf. rep. X p. 612. A. — Denique repetam hic ἄπαρνος pro ἔξαρνος, de quo v. supra. — Verbum accedit κομπέω, quod exstat semel apud Hom., Il. XII 151., deinde Her. V 41. et Soph. O.C. 1149. 1209. 1345. Ph. 842. Ai. 770. 1230. Aesch. Pr. 947. Eur. El. 815. [Rhes. 438. 876.] Lys. habet κομπάζω p. 112. 127. —

Complures voces in Attico sermone forma erant deminutivae, notione non erant. Ut ἀγγεῖον Attici dixerunt pro verbo Ionico et tragico ἄγγος. Quod legitur apud Hom., ut B 471. β 289. Deinde Her. I 113. 198. II 121 β. III 96. IV 62. V 121. bis, Hipp. p. 234. 270. 407. 496. 515. 674. 1185. saepius. Exstat praeterea in titulo Ionico, Erm. XII p. 267. Tragicorum hosce reperi locos: Soph. Tr. 622. El. 1118. 1205. fr. 293 b. Eur. El. 55. Iph. Taur. 953. 960. Ion. 32. 1337. 1398. 1412. Apud Aesch. non occurrit. Nec minus Plato hac voce abstinuit. Semel est apud Ar., Ach. 936. in parte lyrica. — εἷμα pro ἱμάτιον (vel ἐσθής), quod saepe invenitur in carminibus Hom., Her. usurpavit I 10. 50. 111. 152. 155. II 36. 37. 81. bis, 132. III 20. 22 ter, 27. 139. 140. IV 74. bis, 107. V 92 η VII 65. 67. 77. Hipp. p. 14. 48. 273. 588. 640. 652. 659. 665. 671. 1159. Plut. p. 270. E. δολερὰ μὲν τὰ εἵματα, δολερὰ δε τὰ χρώματα ex Her. III 22. sumptum est. Tragici hac voce hisce locis usi sunt: Aesch. Ag. 921. 960. 963. 1383. Cho. * 81. Soph. O.R. 1268. Ai. 1145. fr. 437. Eur. Hec. 342. Hel. 1574. Iph. Aul. 73. — φόρτος pro φορτίον apud Hom., nisi in Od., non obvium est. Legitur autem Her. I 1. 194. Soph. Tr. 537. Eur. Suppl. 20. Iph. Taur. 1306. — χῶρος repudiaverunt Attici, nisi quod duobus [Plat.] Ax. locis reperitur (p. 371. C. E) Isocr. v. c. nullo loco usurpavit. Jonicis vero scriptoribus erat hoc vocabulum usitatissimum. Hi enim sunt] loci: Her. I 1. 62. 64 bis, 67. 82. bis, 126. 132. 148. 153. 157. 160. 167. II 19. 32. 41. 75. bis, 109. 112. 154. quinquies, 178. III 26. bis, 58. 105. IV 22. 23. 30. 39. 44. 52. 53. 56. 81. bis, 87. 95. 115. 116. 125. 130. 144. 153. 157. 158. quater, 159. 160. 169. 172. 182. bis,

196. 199. V 23. 43. 63. 74. 83. 92η bis, 98. VI 7. 47. 77. VII 19. 23. 25. 57. 59. bis, 60. 88. 102. 114. 175. bis, 176. 177. 178. 184. 191. 193. bis, 198. ter, 200. 201. 202. 211. 223. 225. 235. VIII 11. 23. 28. 53. 132. IX. 2. 13. 15. 21. 25. ter, 51 bis, 52. 53. 57. ter, 58. 83. 102. 122. Multo rarius occurrit in Hipp. scriptis; his enim solis locis legitur, p. 499. 604. 616. 664. Accedit titulus Chius saec. a. Chr. n. IV., ubi exstat: ὁ χῶρος ὁ πρὸς τῷ οἴκῳ.[1]) Praeterea saepe apud tragicos invenitur, qui his locis adhibuerunt: Aesch. Suppl. * 976. Cho. 543. Eum. 24. Soph. Tr. 145. O. R. 732. 798. 1126. O. C. 2. 16. 24. 37. 38. 52. 644. * 1058. 1520. 1540. Ph. 23. * 154. * 1148. * 1153. Ai. 657. fr. 757. Eur. Hipp. 1198. Jph. Taur. 1450. Jon. 283. [Rhes. 214. 519.] Semel hac voce usus est Ar., in oraculo Lys. 770. Occurrit vero saepius apud posteriores, ut apud Ap. Rhod. Pol. Lyc. Jn Attico sermone civitatem habebat χωρίον, quod permultis locis Plat. legitur et Js. p. 381 a. —

Ut pro ἐλπίζω in dialecto Jonica haud raro occurrit verbum ἔλπομαι (ut Her. VII 218. 237. IX 113. Hipp. p. 1278. 1285. saepius), ita pro ἀνέλπιστος, quae est forma Attica, legitur ἄελπτος Her. I 111. Hipp. p. 808. Pluribus autem locis tragici hoc adiectivum usurpaverunt, ut Aesch. Pers. 261. * 265. * 1005. * 1026. Suppl. * 55. 357. 908. Ag. 911. Soph. Tr. 203. O.C. 1120. El. * 1264. Ai. 648. * 715. Eur. Alc. 1134. * 1160. Andr. * 1285. Hel. 585. 783. El. 579. Heracl. 930. Suppl. 731. * 784. Hipp. * 1463. Jph. Aul. 1585. Jph. Taur. 639. Jon. 1441. 1511. Med. 225. Or. 879. 1173. Phoen. * 311. Apud Hom. semel exstat, h. Ap., 91., atque semel apud Ar., in cantico Lys. 256. Atticum fuisse ἀνέλπιστος testis est praeter Plat. Js., qui hoc adi. adhibuit p. 90 c. 137 a. 304 c.

Jam mentio fiat vocabulorum nonnullorum, quae in sermone Jonico stirpe alius verbi accedente amplificata sunt, cum apud Atticos simpliciore ratione ficta sint. Sunt autem talia haec: ναυβάτης. Legitur haec vox Her. I 143. Aesch. Pers. *1011. Ag. * 405. *986. Eum. 456. Soph. Ph. 246. 270. 301. 540. 579. 1027. Ai. * 348. Eur. Hel. 1610. Hipp. * 155. 1221. Jph. Aul. * 252. * 266. Phoen. 835. Ab Hom. aliena est. Liceat nobis hic verbum ναυτίλος inserere, quod et ipsum pro simpliciore ναύτης scriptoribus Jonicis et tragicis usitatum fuit. Exstat enim Her. II 43. Aesch. Pr. 468. Ag. 631. 899. 1234. 1442. Soph. Tr. 537. Ai. 1146. Eur. Andr. * 479. 891. Hec. 1273. Heracl. 427. Jph. Taur. 276. Jon. 1156. Cycl. 98. Or. 363. 728. 1637. — στρατηλάτης

[1]) cf. Bull. de corr. hell. III 48, 27.

deinde crebro apud tragicos occurrit, cf. Aesch. Eum. 637. Soph. O. C. 1429. Ph. 793. 873. Ai. 58. 1223. Eur. Andr. * 486. El. 1032. Heracl. 862. Suppl. 192. * 780. 1216. Iph. Aul. * 244. 374. 645. Cycl. 86. Or. 574. Ac quamquam haec vox ipsa neque apud Hom. neque apud Her. legitur, tamen hic scriptor tot locis vocabula habet στρατηλατέω et στρατηλασίη, ut subst. quoque illud more Jonico formatum esse vix mihi negari posse videatur. — θεήλατος pro Attico θεῖος ab Hom. alienum est, legitur autem Her. VII 18. Deinde invenitur Aesch. Ag. 1297. Soph. Ant. 278. O. R. 255. 992. fr. 611. Eur. Andr. 851. Jon. 1306. 1392. Or. 2. φερέγγυος exstat Her. V 30. VII 49. Aesch. Sept. 396. 449. 470. 797. Eum. 87. Soph. El. 942. Hom. ea voce usus non est. Eiusdem stirpis vox est apud Atticos ἐγγυητής, ut apud Lys. et Isocr. p. 367 b. c. — πάγκοινος obvium est Hipp. p. 281. bis, 282. bis, 291. Aesch. Sept. 607. Cho. * 458. Soph. Ant. 1049. * 1120. El. * 138. Eur. Tro. 425. Ab Hom. autem Atticisque scriptoribus alienum est. — Afferri praeterea hic possunt voces nonnullae, quibus quae in dialecto Attica respondent, simpliciore quadam ratione formatae sunt. Ut pro δόξα legimus δόκησις Her. VII 185. Soph. Tr. 426. 427. O. R. * 681. Eur. Andr. 696. Hel. 36. 119. Heracl. 395. 746. Herc. 288. Jon. 1602. Or. 636. — Pro δρόμος δράμημα[1]) Her. VIII 98. Aesch. Pers. 247. Soph. O. R. * 192. Eur. Bacch. 1091. Med. 1180. Or. * 1005. Tro. 693. Phoen. 1379. — Pro ἄπονος ἀπόνητος Her. II 14. III. 146. VII 234. Soph. El. * 1065. Eur. El. 507. — Similia sunt αἰγυπιός pro γύψ, quod legitur Her. III 76. Aesch. Ag. * 49. Soph. Ai. 169. — ἱππότης pro ἱππεύς Her. IV 136. VII 40. 55. bis, IX 18. bis, 20. 23. 39. 51. 57. 69. Aesch. Sept. * 80. Soph. O. C. 899. [59. nomen proprium], Eur. Hec. * 710. El. * 449. Suppl. 660. Phoen. 1095. — νεοχμός pro νέος Her. IX 99. 104. Hipp. p. 598. 651. Aesch. Pr. * 149. Pers. 693. Soph. Ant. * 156. (in cod. L.), Ph. 751. Eur. Bacch. 216. Suppl. 1057. Hipp. * 866. Iph. Taur. 1162. Tro. * 231. 260. Duobus etiam Ar. locis exstat, Th. 701. in cantico, ran. 1372. in tragoediae imitatione. — σαφηνής pro σαφής Her. I 140. III 122. VI 82. Aesch. Pr. 781. Pers. * 634. 738. Soph. Tr. * 892. Subst. vero σαφήνεια interdum etiam apud Plat. legitur atque apud Is. περὶ ἀντ. 189. — κρατύνω pro κρατέω occurrit Aesch. Pr. * 150. * 405. Pers. * 889. Ag. * 1471. Soph. Ant. 664. O. R. 14. * 903. O. C. 1314. Ph. 366. 1059. * 1161. El. * 175. Eur. Alc. * 596. Bacch. 660.

[1]) cf. de forma Lob. ad. Phryn. 618 sq.

Suppl. 411. Hipp. * 1282. Apud Jonicos scriptores etiam idem potest esse, quod ῥώννυμι. Legitur autem Her. I 13. 92. 100. VII 156. Hipp. p. 231. 273. 747. 756. 758. 764. 766. 796. 800. 803. 817. 851. — φατίζω pro φημί usurpaverunt Her. V 58. Soph. Ai. * 715. O. C. * 139. Eur. Jph. Aul. * 135. 936. Jonicum est, ut subst. φάτις, quod exstat Her. I 60. 122. VII 3. 189. VIII 94. IX 84. Aesch. Sept. * 841. Pers. 227. 521. Suppl. 294. Ag. 9. * 456. Cho. 736. 839. Eum. * 380. Soph. Ant. 700. * 829. Tr. 693. O. R. * 151. 310. 323. * 495. 715. 1440. Ph. 1045. El. 56. 329. 1213. Ai. * 173. * 187. * 193. 826. 850. 978. Eur. Andr. 79. Hel. * 251. * 662. 1191. Suppl. * 834. Hipp. * 130. * 579. Jph. Aul. * 791. Jon. * 225. * 507. 1325. Or. * 329. Phoen. 23. — στρωφάω pro στρέφω legitur Her. II. 85. Hipp. p. 826 Soph. Tr. 907. Eur. Alc. 1052. Hom. quoque hoc verbum habet. Inveniuntur praeterea composita ἐνστρωφάομαι Hipp. p. 824., περιστρωφάω Her. VIII 135., ἐπιστρωφάω Enr. Med. 666. — Addantur denique hic duo adiectiva in syllabam — σιμος cadentia, quae Atticis usitata non erant, in Jonico vero tragicoque sermone civitatem habebant. Sunt autem βιώσιμος, quo usi sunt Her. I 45. III 109. Soph. Ant. 566. Eur. Alc. 650. Heracl. 606. Atticum erat dicere βιωτός, quod legitur compluribus Plat. locis et Ar. Plut. 197. — ἁλώσιμος Her. III 153. Hipp. p. 1208. Aesch. Ag. 10. Sept. 635. Soph. Ph. * 863. Eur. Hel. 1622. — Accedit φύξιμος, de quo v. supra.

4. Transeamus iam ad ea vocabula, quorum ne stirpibus quidem Attici usi sunt ad vocem eiusdem notionis fingendam. Ac sunt subst. huiusmodi haec: apud Soph. solum: ἐντροπή pro ἐπιμέλεια O. C. 299. Apud Hipp. p. 23. est αἰσχύνη. Sophocles autem, qui vocibus novas addere notiones non dubitat, rara illa significatione verbum usurpavit. Huius quoque temporis Graeci homines pro αἰσχύνεσθαι dicunt ἐντράπεσθαι. — ἐπίστασις pro κώλυμα Ant. 225. Est deinde vox, quae creberrime apud Hipp. legitur pro 'duritia alvi', ut p. 76. 81. 121. 195. 196. 208. 380. saepius. — Pro τροφός legitur fr. 85. θηλάστρια, quae vox Jonica fuisse dicitur.[1]) — πρόφαντον loco vocis χρησμός occurrit Her. V 63. IX 93. Tr. 1159. 1163. — ὑπόστασις notione ἕνεδρα Sophocleum fuisse fr. 644. docemur. Apud Hipp. haec vox aliis notionibus saepe exstat, ut p. 81. 217. 1020. 1066. 1137 1238. saepius. De hoc quoque vocabulo dici possunt, quae supra monui ad v.

[1]) cf. Piers. ad Moerid. p. 189. sq.

ἐντροπή. — ἀλαμπής pro σκοτεινός Hipp. p. 37. (ὄψιες ἀλαμπεῖς), Tr. 691. — εὔφορος pro ῥᾴδιος, si Brunckii speciosam coniecturam sequimur [invenitur Ph. 872. Est adi. Hippocrati usitatissimum, nam legitur p. 47. 48. 77. 159. 162. 171. 388. 389. 762. 764. 784. 794. 831. 837. 850. 860. 861. 939. 1110. 1136. 1169. 1242. 1244. — εὔστομος pro εὔφημος exstat Her. II 171., ubi legimus εὔστομα κεῖσθω, quam appellat Schweighaeuserus Jonicam formulam pro σωπητέον ἐστί μοι. Soph. hanc vocem admisit Ph. * 201. — ἀγοράομαι pro βουλεύεσθαι Her. VI 11. Apud Soph. Tr. 601. notionem habet ἐξηγεῖσθαι. — ἀνοκωχεύω pro κατέχειν exstat El. 732. Praecipue de navibus dicitur, quae in alto retinentur, ut Her. VI 116. VII 36. 100. 164. IX 13. Praeterea exstat Hipp. p. 270. 785. 803. — λοχάω pro ἐνέδραν ποιεῖσθαι Her. IV 22. V 121. VI 37. 87. 138. Ant. 1075. — ὀξύνω pro ἐρεθίζω Her. VIII 138. Tr. 1176. — χολόω pro ὀργίζω Her. VIII 31. Ant. 1235. Tr. * 1035. Ph. 374. — εἰσδύομαι pro ἐπέρχομαι vel εἰσέρχομαι Her. II 68. 121β. 123. VI 138. O. R. * 1317. Semel apud Hom. reperitur, Il. XXIII 622. — ἐμπαίζω pro σκώπτω Her. IV 134. Ant. * 800. Ar. semel habet, in cantico Thesm. 975. — ἐναυλίζομαι pro τὴν νύκτα διάγω vel ἐνοικῶ Her. I 181. IX 15. Hipp. p. 230. Forma activa exstat Ph. 33. — ἐπισκιάζω Her. I 209. bis, Hipp. p. 1276. Tr. 914. Atticum erat verbum ἐπισκοτέω, quod Js. p. 160 d., Plat. Dem. habent. — κατεικάζω pro δοξάζω vel ὑπολαμβάνω Her. VI 112. IX 109. Hipp. p. 1280. Apud Soph. O. C. 338. notionem habet ὁμοιόω. Totus hic locus permagnam habet similitudinem cum iis, quae Her. II 35. enarrata sunt. —

Apud Soph. ceterosque poetas tragicos: ἀμφίβληστρον, quod est 'rete piscatoris' Her. I 141. II 95. bis, ut δίκτυον, quod apud Plat. et Ar. legitur. Soph. hac voce nominat vestimentum, quod Deianira circumicit Herculi, Tr. 1052., ut Eur. Or. 25. utitur verbo ὕφασμα. Praeterea illa vox exstat Aesch. Pr. 81. Ag. 1382. Cho. 492. Eur. Iph. Taur. 96. — γνῶμα pro σημεῖον Her. VII 52. Aesch. Ag. 1352. Soph. Tr. 593. Eur. Heracl. 407. — εὐφρόνη apud Her. legitur VII 12. 56. 188. VIII 6. 12. 14. IX 37. 39., apud Hipp. (plerumque cum ἡμέρη coniunctum) p. 342. 376. 587. 588. 605. bis, 632. 1275. Tragicorum hi sunt loci: Aesch. Pers. 180. 221. Ag. 265. 279. 337. 522. Eum. 695. Pr. 655. Soph. El. 19. 259. fr. 517. 713. Eur. Bacch. 237. Hec. 828. Iph. Aul. 109. 1571. [Rhes. 92. 518. 617. 736. *825. 852.] Tro. 665. Phoen. 727. Ab. Hom alienum est. — νομός notione vocis οἶκος vel οἴκησις

exstat Soph. O. C. * 1061. fr. 268. Eur. Cycl. * 61. Apud Her. persaepe occurrit, ut I 192 II. 4. 42. 91. 152. 164. 172. III 90. V 92 a. 102. IX 113. aliis locis. — ὅμαιμος, quae vox apud Her. generaliter dicitur pro συγγενής cf. I. 151. VIII 144., in fabulis non raro obvia est notione ἀδελφός vel ἀδελφή, ut Aesch. Sept. 681. * 940. Suppl. 225. Eum. 212. Soph. O. R. 639. O. C. 323. 979. 1405. * 1772. El. 12. 325. 531. Ant. 512. 513. Eur. Hipp. 339. Jph. Taur. 1361. Or. 806. Similiter legitur ὁμαίμων Her. V 49. Aesch. Sept. *351. Soph. O.C. 1275. — ὄχθος pro voce Attica λόφος (Plat. legg. III 682 B.) vel γήλοφος (Plat. Criti. 111 B. 113 D.) exstat Her IV 203. VIII 52. IX 25. 56. 59., deinde apud tragicos Aesch. Pers. 467. * 647. Ag. * 1161. Cho. 4. Soph. Tr. * 524. Ph. * 729. Eur. Bacch. 1061. El. 1258. Heracl. * 781. Herc. 1178. Suppl. 655. Jph. Taur. 961. * 1098. Jon. 12. Cycl. 114. Tro. * 801. Ar. tribus locis hanc vocem admisit, quorum Th. 1105. sunt verba Eur., av. 774. in cantico est, ran. 1170. est versus tragicus (= Aesch. Cho. 4.) Apud Hom. semel legitur, h. Ap. Del. 17. Ceterum hic poeta vocem ὄχθη praefert. — πῆμα praecipue in poetarum genere dicendi occurrit, atque est copia tragicorum locorum huc spectantium maior, quam quae hic enumeretur, sed semel apud scriptorem solutae orationis exstat. Hipp. p. 272., ubi legimus: ὁ δὲ ἐγκέφαλος πῆμα ἴσχεν. Nam quod Her. I 68. legitur, locus ex oraculo antecedente sumptus est. Semel apud Plat. exstat, Jon. p. 538 D. in versu heroico. — πομπός Her. I 121. 122. IV 33. Aesch. Pers. * 626· Ag. 299. Cho. 86. 147. Soph. Ant. 164. Tr. 617. O.R. 289. O.C. 70. 723. 1019. 1548. 1661. Ph. 500. Eur. Bacch. 965. * 1381. Hec. 222. Vox Attica erat ἀκόλουθος. — στέγη notione οἶκος occurrit Her. II 2. 67. 148. 175. bis, Aesch. Ag. *1087. Eum. 56. saepius, Soph. Ant. 888. 1100. 1248. Tr. 202. 329. 492. 867. OR. 533. 637. 927. 1164. 1228. 1262. 1515. O.C. 339. El. 282. 382. 912. 1308. * 1392. * 1404. 1497. Ai. 108. 741. Ph. 286. 293. 1262. fr. 184 a. Eur. Alc. * 87. 192. Andr. 882. permultis locis. — στίβος pro ἀτραπός (Plat. Phaed. p. 66 B. Polit. 258 C. Ar. nubb. 75.) Her. IV 140. Soph. Ant. 773. Ph. 48. * 157., pro ἴχνος (Plat. Ar. Js. p. 215 c.) Her. IV 122. 123. V 102. IX 59. Soph. Ph. 29. * 163. * 206. 437. Praeterea legitur στίβος Aesch. Pr. 679. Ag. * 411. Cho. 205. 210. Eur. Jph. Taur. 67. Jon. 351. 743. Phoen. 92. — φᾶρος vox poetici coloris invenitur Her. II 122. bis, IX 109. ter, Aesch. Sept. *329. Cho. 11. 1011. Soph. Tr. 916. Ai. 916. fr. 274. 342. 525. Eur. Andr. *831. Hec. * 1082. El. *191. 317. 543. *1221. *1231. Herc. *414. Suppl. 286.

Hipp. * 126. Or. * 840. * 1436. Phoen. * 324. saepius. Deinde est in ore Eur. Ar. Th. 890. — φοναί Her. IX 76. Aesch. Ag. * 446. Soph. Ant. 696. 1003. 1314. Tr. 558. El. 11. Eur. El. *507. Hel. 154. Atticae sunt voces eiusdem notionis σφαγή et φόνος.

Accedunt adiectiva: ἄβουλος Her. III 71. VIII 9β. Soph. Ant. 1026. Tr. * 140. O.R. 634. O.C. 940. El. 546. 964. Eur. Heracl. 152. Suppl. 321. [Rhes. 761.]. Jn Attico sermone vox ἀνόητος civitatem habebat. Subst. vero ἀβουλία et apud Js. et apud Plat. legitur, cf. supra σαφηνής et σαφήνεια. — ἀνάρσιος pro δυσμενής Her. I 114. III 10. 74. V 89. 90. IX 37. 110. Aesch. Ag. 511. Soph. Tr. * 641. * 853. — ἄσημος pro ἀσαφής Her. I 86. II 2. V 92β. Hipp. p. 71. 176. ter, 939. 1024. 1129. 1195. 1221. 1222. saepius. Aesch. Pr. 662. Ag. 1596. Soph. Ant. 252. 1004. 1013. 1209. Tr. 866. Eur. Alc. 522. El. 749. Herc. 849. Suppl. 211. Hipp. 269. * 371. Jon. 8. [Rhes. 629.] Phoen. 1112. — ἐπίσημος pro γνώριμος Her. I 51. 195. II. 20. VIII 88. IX 74. Hipp. p. 257. 306. 1279. Soph. Ant. * 1258. Eur. Bacch. 967. Hec. 379. El. 936. Heracl. 527. * 906. Herc. 68. Hipp. 103. Jon. 983. Med. 544. Or. 21. 249. 543. Phoen. * 805. 1107. — ἄφατος pro λόγου μείζων Her. VII 190. Soph. O.R. * 1314. O.C. * 1464. Eur. Jon. *783. Apud Ar. exstat in sermone Dorico Lys. 198. 1080. 1148., in sublimiore genere dicendi av. 427. — ἄφραστος pro ἀφανής vel ἀπροσδόκητος Her. V. 92δ. Soph. El. * 1263. Tr. 694. 1057. Eur. Hipp. * 820. Hom. nisi in hymnis non usurpavit. — δυσπετής pro χαλεπός Her. III 107. Hipp. p. 41. 453. 456. Aesch. Pr. 752. Soph. Ai. 1046. — δύσφορος pro βαρύς Hipp. p. 73. 119. 124. 127. 389. 941. 966. 969. 1136. 1169. 1201. Aesch. Sept. 657. * 780. Pers. * 552. Suppl. * 818. * 834. Ag. 859. Eum. * 372. Soph. O.R. 87. 770. 783. Ai. 51. * 642. El. * 144. Eur. Hec. 1085. Cycl. 296. Apud Plat. semel exstat, Tim. p. 74 E. σώματα δύσφορα. — ἐγγενής pro συγγενής vel ἐγχώριος apud Her. est II 47. IV 72., apud tragicos Aesch. Sept. 582. Suppl. 330. Cho. *466. Soph. *466. Ant. 199. 659 El. 428. 1328. O.R. 452. 1168. 1225. 1430. O.C. 1167 Eur. El. 313. Suppl. 1184. Jon. 63. 293. [Rhes. 404. 413]. — ἔκπαγλος pro δεινός legitur Hipp. p. 591. 663. 1277. 1286., quibus locis ommbus adverbium usurpatur. Tragici habent Aesch. Ag. 862. Cho. 548. Soph. O.C. * 716. El. * 204. Ant. 1237. — εὐσταλής pro καλῶς παρεσκευασμένος Hipp. p. 25. 261. 741. 743. 775. 841. Aesch. Pers. 795. Soph. Ph. 780. Semel Plat. admisit, Men. p. 90 A. — θεοπρόπος, quod persaepe apud

Her. occurrit, notione subst. adhibitum, Soph Tr. * 822. pro μαντικός legitur, deinde Aesch. Pr. 659. — μετάραιος pro μετέωρος vel ὑψηλός invenies Her. VII 188. Hipp. p 137. 617. 638. 647. 654. Aesch. habet formam huius vocis Doricam πεδάρσιος Pr. 269. 710. 916. Cho. 846. μετάρσιος exstat Soph. Ant. 1009. Tr. 786. Eur. Alc. * 963. Andr. * 1220 Hec. 499. Hel. 299. Herc. 1093. Jph. Taur. 27. Semel est apud Ar., av. 1383. in ore Cinesiae, πεδάρσιος av. 1197. in cantico. Denique semel μετάρσιος occurrit in spuria Js. epistula decima. — προῤῥίζος pro ἄρδην Her. I 32. III 40. VI 86 δ. Hipp. p. 296. Aesch. Pers. 812. Soph. El. * 512. 765. Eur. Hipp. 684. Apud Ar. semel legitur in carmine exsecrabili, ran. 587. Eiusdem notionis vocem usurpat hic poeta προθέλυμνος eq. 528. pac. 1210. — ὑπέροχος pro ἐκπρεπής vel διαφέρων apud Hom. in od. non invenitur. Exstat Her. V 92 η. Aesch. Pr. * 429. Soph. Tr. 1096.

Haud pauca denique hic enumeranda sunt verba Qualia sunt: ἀγρεύω, quod Her. II 95. Soph. fr. 498. et fortasse Ant. * 606. legendum est, deinde Eur. Andr. * 841. Bacch. * 138. 434. 1237. Ab Atticis scriptoribus alienum erat; usurparunt enim hi θηρεύω, cf. Plat. — ἄνωγα pro κελεύω Her. III 81. VII 104. Herond. III 31. Aesch. Pr. 947. Cho. 735. Eum. 902. Soph. Tr. 1247. O.R. 96. O.C. 904. 1598. Ph. 54 100. El. 1458. Ai. 1364. Eur. Herc. 241. Cycl. 340. 701. — δολόω pro ἐξαπατάω Her. I 212. Aesch. Ag. 273. 1636. Soph. Ph. 129 1288. Eur. Alc. 12. Jph. Aul. 898. Ar. semel habet, eq. 1067. in versu heroico. — ἱστορέω pro πυνθάνομαι Her. I 24. 56. 61. 122. II 19. bis, 29. 34. 113. III 50. 51. bis, 77. bis, IV 192. Hipp. p. 26. 27. 28. 507. 1279. 1283. 1286. Aesch. Pr. 632. Pers. 454. Ag 676. Eum. 455. Soph. Tr. 382. 397. 404. 415. 418. O.R. 1144. 1150. 1156. 1484. O.C. 36. El. 316. 1101. Eur. Andr. 1047. 1124. Hel 416. 1371. El. 105. Heracl. 666, Herc. 142, Suppl. 840. Jph. Taur. 94. 623. Jon 284. 513 1547. Or. 380. Tro. 261. Phoen. 621. — ληλατέω pro ἁρπάζω Her. II 152. V 101. Hipp. p. 1294. Soph. Ai. 343. Eur. Hec. 1143. [Rhes. 293.] — ὀδόω pro ἡγέομαι Her. IV 139 Aesch. Ag. * 176. Soph. O.C. 495. — οἰνόω pro μεθύσκω Her. V 18. Aesch. Suppl. 409. Soph. Tr. 268. fr. 668. Hom. in od. usurpavit. Pro formis generis passivi, quae illis locis occurrunt, iu sermone Attico formae verbi μεθύω civitatem habebant. — ὁμαρτέω pro ἕπομαι Hipp. p. 483. Herond. IV 66. Aesch. Pr. 678. Sept. 1022. Eum. * 340. Soph. O.C. 1647. fr. 238. Eur. Bacch. 923. El. 412. Herc. 336. 622. 860. Jph. Aul. 417. 1212. Jph. Taur. 1208. Jon.

